

STORIA
DELLA
RIVIERA DI SALÒ

IN QUATTRO VOLUMI

DEL
CONTE F. BETTONI.

VOL. IV.

BRESCIA.
STEFANO MALAGUZZI EDITORE.

—
MDCCCLXXX.

STATUTI E DECRETI.

CXV.

1351 —

*Parte di Statuti della Riviera di Salò confermati
dall' Arcivescovo Gio. Visconti.*

Inedito 1).

*Quod ad dom. potestate recipere aliqu. compromissum
nec aliquis eius officialis.*

xi

Item statuimus et ordinamus quod aliquis potestas vel rector futuris seu aliquis eius iudex vel officiales non possit nec debet recipere aliquod compromissum vel arbitramentum super aliquo negotio questione vel causa quod vel que verteretur vel verti posset coram eis vel aliquo eorum inter aliquos personas comunia colegia et universitates in pena et banno potestati recipienti librarum centum parvor. pro quolibet compromisso et arbitramento et qualibet vice et cuilibet eius iudici vel officialis librar. quinquaginta parvorum pro qualibet vice et quolibet compromisso et arbitramento et cuilibet promitentium in eis et aliquo ipsorum libr. viginti quinque pro quolibet compromisso et qualibet vice et nichilominus compromissum vel arbitramentum in eis vel aliquo ipsorum factum et quicquid secutum fuerint ex vi-gore dicti compromissi et arbitramenti ipso iure et facto sit irritum et in ane et nullius valoris et momenti.

1) Dalla coperta del cod. mss. degli statuti civili viscontei presso l'Ateneo di Salò.

*Quod potestas aut aliquis de sua familia non possit dare
vicarium alicui comuni.*

xii

Item statuimus et ordinamus quod dominus potestas que nunc vel pro tempora erit aut vicarius eius seu 'aliquis de sua familia non possit nec debeat dare nec ponere aliquem vicarium seu officiale alicui comuni terre iurisdictionis comunitatis riperie et si aliquis potestas vel vicarius eius aut aliquis de sua familia diceret contra predictam incidat potestas vel officialis in pena librarum quinquaginta pro quolibet quoties contrafacenti fuerit et sit pena librarum vigintiquinque cuilibet comuni recipienti et nichilominus talis positus vel datus sit cassus ab officio , salvo quod omnia comunia possint si voluerint elligere ad suam voluntatem eligendo solummodo de iurisdictione domini potestatis comunitatis predicte solvere honera et factiones cum comunitate predicta

•
•
•
•
•

debeat recipere predictam confirmationem confirmacionis vel quique sold. parvorum.

*De trombatoribus non tenendis seu zugolatoribus per dominum
potestatem expensis comunitatis.*

xiii

Item statuimus et ordinamus quod aliquis potestas seu aliquis de sua familia non possit tenere aliquem fabrem trombatorem zaramellas vel alium zivolarium expensis dicte comunitatis nec illos que fuit deputati baroarios.

De arbitrio potestati nominando.

xliv

Item statuimus et ordinamus quod quolibet potestas qui nunc est et qui per tempora erit aut aliquis de sua familia seu aliquis advo-catus sindicus vel consiliarius dicte comunitatis alie quas alias cuius-

cumque condictionis existat non possit nec debeat proponere seu postam aliquam in aliquo consilio facere vel coram sapientibus aliquibus dictae comunitatis vel alibi de dando vel concedendo arbitrium generaliter vel particulariter seu in aliquis cassis vel cassibus alicui potestati presenti vel futuris nec alicui de sua familia nec aliquis arengare supra dicta propositione seu possit aliquis reformare super ea pena et banna proponenti seu postea facienti in predicte vel aliquo predictorum librar. centum parvorum et cuilibet consulenti vel reformanti super predictis vel de predictis autem librar. vigintquinque parvorum pro quolibet et qualibet vice. Et potestas proponens sciens vel consciens aliquo de predictis et ipso sit privatus et cassus a regimine et potestaria sua et eidem teneretur ad restitutionem omnium que receperit de occassione dicti regiminis et in contrafacientibus avocatus et sindici dictis comunitatis teneatur sub iudice sacramenti et pena librarum centum pro quolibet facere convocari electiones pro novo potestati elligendo subrogando loco illius potestatis privati ut supra et ipsor. electionem confirmate et pro seq. rectorem novum facere venire secundum formam potestas comunitatis predicte in quibus ipse potestas sic privatus non possit el in novum rectorem et si elligeretur electio non valeat ipso vice. Et quod propositum arengatum consultum faret suum consilium con predictum vel aliquod predictorum non valeat ipso iure et insuper quolibet alias arengans vel proponens seu reformans super predicta ipso facto sic privatus ab omni officio et honore dicte comunitatis. Et hoc statutum sic precissum nec aliqualiter possit absolvi et precisse debeat observari. Et sindici comunitatis et sacramento precise teneantur contradicere potestati et cuilibet alij proponenti vel arenganti super predictis, pena et banno dictis sindicis librarum centum parvorum pro quolibet atque estendi privatos ab omni comodo beneficio et honore dicte comunitatis.

Quando per potestam vel eius familiam aliquid ineptum vel violenciam fieret alicui persone dictae comunitatis.

xv

Item statuimus et ordinamus quod quo ciescumque fieret aliquod ineptum aut contra iuris ordine aut aliqua violentia fieret alicui persone vel alicui comunitati subiecte iurisdictioni dictae comunitatis per dominum potestatem aut eius vicarium vel per aliquem de sua familia contra forma statutorum, et talis conqueratur advocato comunitatis riperie de violentia sibi facta teneatur ille advocatus denuntiare domino potestati violentiam factam dicto tali, et si potestas recusaverint ius redere dicto tali conquerenti cadat ad penam librarum centum parvorum. Et nichilominus advocatus in continentia teneatur et debeat in ire seu mittere mediolanum expensis comunitatis ad narandum et dicendum predictam violentiam. *reverendissimo et Magnifico prefato domino nostro*¹⁾ sive procuratoribus vel sindicis electis seu eligendis pro comunitate riperie in mediolano et hoc pena et banno advocato predicto libr. vigintiquinque parvorum. Et thesaurerius comunitatis teneatur dare denarios dicto advocato causa eundi aut mitendi mediolanum dicta de causa habendo pro suo salario duos florenos auri pro quolibet mense. Quod advocatus debeat inter esse omnibus et singulis rationibus ostendendis et fiendis per thesaurarium de omni quod pervenerit ad manus ei et tenere omnia iuta comunitatis in uno scrineo quod debeat stare extra palatum in terra de materno. Verum si illa tam comunitas vel persona que conquesta fuisset de potestate seu eius officio vel familia conquereretur iniuste tunc potestas nullam penam incurisse teneatur secund. omnes expense que facte vel fierent per advocatum dictae comunitatis in eundo vel mitendo mediolanum sint super illam comunitatem vel personam que in..... conquesta faret et per eam refici debeat comunitati seu thesaurario riperie supradicte. Et insuper incidat quilibet talis comunitatis vel persona in pena librar. viginti quinque parvorum pro qualibet vice si predicta vera non reperirentur de quibus fecent querimoniam dicto advocato.

1) Giovanni Visconti, che dal 1349 al 1354 fu Signore di Milano.

*Quod potestas vel sua familia non vadat ad aliquas partes
comunitatis expensis communium.*

xvi

Item statuimus et ordinamus quod potestas seu ejus familia non possit nec debeat ire an equitare ad aliqua comunia sue iurisdictionis ad expensas ipsorum communium vel alicuius eorum sed solummodo suis propriis sumptibus et expensis sub pena librar. vigintiquinque pro quolibet et qualibet vice, et nichilominus teneatur idem potestas solvere id quod expenderit iuste et debite.

De mostra familie et equorum domini potestatis fienda. xvii

Item statuimus et ordinamus quod IIII. or electi super stipendiarios et advocatus comunitatis prediche singulis mensibus debeant videre et mostrare facere et fieri facere de familia domini potestatis presentis et futurorum et equorum eius et ipse dominus potestas ad postulationem et requisitionem dictarum quatuor et advocati semel in mense teneatur facere dictam mostram, Et si recusaverit incidat ad penam librar. vigintiquinque pro quolibet mense quo recusaverit facere fieri dictam mostram, et si dictus dominus potestas repertus fuerit tempore quo fiet dicta mostra minus habere de sua familia vel equis quos secum habere et tenere debet cadat ad condemnationem et penam soldorum centum parvorum pro quolibet familiari et quolibet equo (deest).....

..... deest

xxxvii.

..... constabilis stipendiarius vel capitaneus, indicant si aliquis est defectus et facta detractione effectum, si qui facte quod etiam intelligatur in salario domini potestatis et suorum barciorum et familie. Dictus dominus potestas et advocatus vel sindicus predictus faciant fieri bulletam per notar. dicti domini potestatis continentem quantitatatem que solvi debet et nomen eius cui debet solvi et causam solutionis quam bulletam dictus notarius teneatur et debeat registrare et scribere in quodam libro expensarum dicte comunitatis fiendo per dictum notarium et hoc facto dicta buleta debeat bulari sigillo domini potestatis

et advocati vel sindici predicti. Cum qua buleta sit scripta et bullata ut supra debens solutionem recipere vadat ad thesaurerium teneatur supradictum et ipse thesaurerius teneatur visa buleta solvere prout in ipsa buleta continetur retinendo dictam buletam penes se esse eam inflsando eam, et nichilominus ipse thesaurerius scribat aut scribi faciat in libro expensarum dicte comunitatis scribendo die solutionis quantitatem solutam nomen ejus qui recepit et causam ut in buleta continetur. Et si aliter dictus thesaurerius solverit vel expenderit de avere comunitatis non aprobetur sibi dicta solutio, et nichilominus incidat in penam sold. centum pro qualibet vice. Et ad hoc ut predicta effectum habeant debitum semper in fiendis et examinandis rationibus thesaurei debeat dominus potestas et advocatus seu sindicus comunitatis facere videri libros predictos, silicet tam libros introituum et expensarum scriptos per dictum thesaurerium quos libros introituum et expensarum scriptos per notar.^m Domini potestatis ut videatur si libri concordant ad invicem nec aprobentur aliisque expense dicto thesaurei nisi que scripte essent et prout scripte essent in libro expensis scripto per notar. domini potestatis. Et si error. appareret poterit dirimi et amoveri per inspectione buletarum recentarum penes thesaureium dictum, et notarius domini potestatis et aliter ratio facta et examinata non valeat. Et potestas et vicarius non facientes predice omnia osservari incident in pñham quinquaginta librarum pro qualibet et qualibet vice et advocatus et sindicus comunitatis in librari. decem pro qualibet et qualibet vice et rationatores qui approbarent et confirmarent rationem thesaureium factam propter formam predictam incident in penam soldor. centum pro qualibet salvo semper statuto quod loquitur de modo servando in faciendo expensas comunitatis ultra expensas taxatas et ordinatas in presenti volumine Statutorum.

De subastationibus et venditionibus bonorum comunitatis. ixl

Item statuimus et ordinamus quod quotiescumque vendi et subastari debuerit aliquid per dominum potestatem vel eius officialem vel per alios officiales comunitatis predice fieri debeat presente uno ex

sindicis et thesaurerio domini et de ipsorum voluntate et consensu
et si aliter fiat non valeat nec teneat ipso iure.

*Quod notar. potestatis teneatur facere duo exempla
condempnationum.*

Item statuimus et ordinamus quod notar. potestatis quotiescumque
debeat legere et publicare aliquam condempnationem vel aliquod
bannum de aliquo malefficio vel excessu teneatur et debeat spetiali
sacramento et pena sold. centum pro quolibet vice et potestati non
patienti fieri libr. quinquaginta et vicario suo libr. vigintiquinque pro
qualibet vice. Ante quem bannum vel ipsam condempnationem legat
vel publicet in consilio vel alibi ubi condempnations vel banna le-
guntur vel publicare facere duo exempla et scribere in carta perga-
mena, eiusdem tenoris. Et ipsis condempnationibus lectis publicatis
et ascultatis, unus de dictis libris remaneat penes thesaurerium et
alios penes notar. domini potestatis. Et qui thesaurerius ascultet ipsum
cum illo quod tenebit notarius domini potestatis. Et finito et completo
offitio dicti thesaurerii dictus thesaurerius teneatur et debeat sub pena
librar. decem parvorum et condempnationum dare et consignare....
sindicis et procuratoris dicte comunitatis.

Modus in solutionibus scripturarum notarij domini potestatis. xli

Item statuimus et ordinamus quod notar. domini potestatis qui
nunc et quicumque per tempora fuerit non possit nec debeat recipere
ab aliqua persona pro scripturam quam faceret nisi per
et ordines infrascriptos videlicet pro qualibet litera confirmationis vi-
carij quinque soldorum parvorum de quolibet stipendiario denarios
sex parvorum. Et hoc intelligatur in barcerijs et stipendiarijs qui
continue mansuri sunt et deputati fuerit ad servitium comunitatis et
domini potestatis, scilicet in solutione dicti notar. sed non in alijs
stipendiariis si que accaperentur ultra quantitatem predictam idem
de qualibet fideiussione per eum scribenda si fuerit fideiussio alicuius
comunis seu fienda nomine alicuius communis percipere et habere possit

sold. quinque parvorum, si vero fuerit fideiussio alicuius singulis persone percipere pro quolibet sold. duos parvorum. Item pro qualibet acussa denuntia vel inquisitione sold. duos parvorum. Item pro excussa seu responsione sold. duos parvorum. Item pro exceptionem seu defentionem propositas contra acussam denuntiationem seu inquisitionem sold. duos parvorum. Item pro quolibet teste examinato super predictis si fuerit quatuor vel ab inde infra sold. duos parvorum pro quilibet si fuerint plures quatuor tunc usque ad quatuor possit recipere usque ad quantitatem predictam et ultram quatuor percepire possit denarios duodecim parvorum pro quolibet. Item pro qualibet canzelaione condemnationis vel alterius negotij sold. tres parvorum etiam non contrafacienti qualibet vice et in quolibet scritor..... librar decem parvorum et nichilominus teneatur ad restitutionem ei quod habuisse vel receperisset ultra predicta et dominus potestas ac vicarius et teneatur de predictis inquirere et investigare et facere presens Statutum observari sub pena librarum quinquaginta pro quolibet.

*Quod baroarius et ministrales non possint accipere
nisi infrascriptum modo.*

xlii

Item statuimus et ordinamus quod aliquis baroarius stipendiarius sive ministerialis dicte comunitatis accipere non audeat vel prosumat aliquo modo causa vel ingenio nunc recipere ultra infrascriptas quantitates pecunie alicui persone vel personis de iurisdictione dicti domini potestatis et comunitatis predicte ad quam seu ad quas..... causa pignorandi intromitendi q..... sequestrandi capiendo detinendi et consignandi videlicet si iverit ad terram de materno sold. unum parvorum, in terra de tuscolano sold. duos parvorum, in terra de gargnano sold. tres parvorum, in terra de gardono sold. duos parvorum, in terra de salodo sold. tres parvorum, in terra de vulzano et scovolo sold. quatuor parvorum et similiter in terra de boarno et ab inde supra habeant et habere possint et recipis sold. quinque parvorum excepto fuerint ad etiam de voto de disenzano de rivoltella de pozelengo quod in dictis terris possint accipere sold. septem parvorum dum causa

prefata pro aliquibus communitatis in quibus essent aliqui pro aliquo debito vel aliqua alia de causa salvo quod si dicti baroerii stipendum et ministrales ad unam quacumque dictarum terrarum et aliarum pro aliquo maleficio seu ad capiendum aliquem seu aliquos malefactores non possint nec debeant nec audeat accipere aliquod in predictis neque dictis communibus essent dicti, malefactores et hoc pena eorum contrafacientes sold. quadraginta qualibet vice et pro predictis stipendiariis et baroeriis sin conestabiles teneantur et debeant esse et esse intelligantur sui fideiuersores et solvere teneantur pro ipsis dictam penam si contrafecerint. Et si illa persona seu ille persone ad quam seu ad quas irent causa pignorandi ut supra dictu est per consignare et solvere velent dictis baroeriis super diariis et ministralibus dev sive laborerio suo in presencia unum testis quod tunc non possit ipsam personam seu ipsas personas denunciare nec incurere possint ad aliquam penam et quod conestabilis baroeriorum cum voluntates iudicis domini potestatis teneatur ad requisitionem requirentis dare et amittere illos baroerios qui sibi interrogarentur per aliquam personam in qualibet terra dicte jurisdictionis eam pignorandi intromitendi ut supra pena conestabilli. . . .

CXVI.

135.

Statuti Civili della Riviera di Salò.

Inedito 1).

Rubrice Statutorum civilium communitatis riperie lacus garde.

De in Jus vocando	i
De forma exclamationum	ii
Quod reus sequatur forum actoris	iii

1) Questo codice pergamenoceo appartiene all'Ateneo di Salò, ed è inedito. Esso è legato con semplice cartone alla moderna, ma i fogli di risguardo sono avanzi di statuti pergamenocei dell'Arcivescovo Giovanni Visconti del 1349 ai 1354.

De conceptione petitionis seu libelli	iv
De Interrogationibus in Judicio fiendis	v
De preceptis fiendis ad xv dies utiles ut retenta	vi
In quibus causis Jus summarium reddatur	vii
De modo et forma procedendi in bonis contumacis debitoris	viii
Quod si res livellaria vendi vel insolutum dari contingit tanquam livellaria dominus debeat primitus appellari	viii
Quod super interlocutoria aliqua non habeatur consilium sapientis	x
De rebus feudalibus insolutum dandis et qualiter dari possint	xi
Quod nulla res possit probari feudalis nisi per Instrum.	xi
Quod credantur omnia solemniter acta in traditionibus	xiii
Quod intelligatur possessio tradita qui emerit sub extimationibus	xiv
Quod re data insolutum alicui creditori et ea evicta pristine actiones sint salve	xv
Quod etiam si actores are non apparent creditores fiat so- lutio conductoribus	xvi
De fiendo non amittendo	xvii
De feudo acquisito	xviii
Quod defuncto debitore relictis descendentibus ad quos feu- dum pervenire potest in feudo si satisfaciant creditores	xviii
Quod facta relaxatione rei evicta victori in hypothecaria res talis intelligatur insolutum tradita creditori	xx
Qualiter emens vel insolutum accipiens rem livellarium do- mino teneatur	xxi
De retinendo venditorem pro pretio rei evictae	xxii
De termino domino deliberandi causa concesso	xxiii
Quod sit de emphiteota tacente per biennium	xxiiii
Quod heredes etiam succedant in livellis	xxv
Quod creditores possint sibi satisfacere in bonis legatis	xxvi
De actionibus que sub extimatoribus cedi debent	xxvii
Quod emphiteota sive livellarius non possit rem livellarium in alium sine voluntate domini transferre	xxviii

Quod quilibet teneatur ad dictum quod ipse vel cuius heredes est solvit	xxviii
Quomodo emphiteota non teneatur nec conveniri possit pro dictis non solutis tempore guerre	xxx
Quod recedentes coloni possint capi atque detineri	xxxi
De dictis vel alijs debitibus de cetero non deponendis	xxxii
De capitulis dandis ad deliberandum sive ad consulendum	xxxiii
Quod maior quatordecim annis possit procuratorem constituere	xxxiv
Quod non habitans in loco et terra in qua habitat dominus potestas riperie teneatur sibi in eam eligere habitationem	xxxv
De Instrumentis procuratorum sindicorum tutorum et actorum	xxxvi
Quod possit dari tutor certe rei et certe cause	xxxvii
Quod hereditates aptandi possint cum beneficio inventarii	xxxviii
De faciendo cessionem bonorum. Et quod nulla prima possit carcerari	xxxix
Quod clericis et ecclesiasticis personis illud jus fiat in curia seculari quod fit laici in curia ecclesiastica	xl
Quod lis habeatur pro contestata in non comparentibus	xli
De nominibus testium producendorum et capitulis in actis ponendis	xlii
De testibus committendis	xliii
Quod homines terrarum comunitatis riperie pro universitate suis, testificari non possint	xliiiii
Quod notarij non breviter sed distincte ponant millesimum Indictionem et sumam	xlv
Quod principalis capi possit et detineri ad instantiam cuiuslibet sui fideiussoris	xlivi
Quod principalis teneatur fideiussorem de fideiussione in qua steterit per annum extrahere	xlvii
De modo procedendi contra contumaces vivos	xlviii
De mulier pro debito detineri non possit	xlviii
Qualiter citari et requiri debeant terre et universitates riperie	l
Quod persona recusans solvere expensas litis possit detineri	li

Quo modo successiones deferantur	lii
De successione ascendentium	liii
Quod beneficium divi adriani habeat locum in successionibus ab intestato	liili
Quod vir succedat uxori decedenti	lv
Quod donationes et quarte de cetero exigi non possint	lvi
Quod conquerentes de aliqua persona et non comparentes in termino condempnentur	lvii
De confessionibus partium reducendis in scriptis	lviii
Quod non fiat ratio de contractibus usurarijs nec de usuris	lviii
Quod intromissiones tantum durent per annum	lx
Quod non detur posessio vel fiat designatio terminationis nisi citatis posessoribus et confinantibus ad terminationem	lxii
Quo modo designationa fieri debeant	lxii
Quod ex omni contractu alterius nomine celebrato actio acquiratur	lxiii
Qualiter Jurium cessiones fieri debeant	lxiii
Quod nullus possit acquirire regressum contra comunitatem riperie	lxv
Quod Instrumenta debitis principalis factis cessionibus in- ter lineentur	lxvi
De Instrumento debiti soluti restituendo	lxvii
De dando partem plater filio possit in omnibus cedere ac- tiones	lxviii
De donationibus inter vivos	lxviii
Quod alienantes rem tradere teneantur	lxx
Quod donatores et jura cedentes non possint testificari	lxxi
Quod Jus reddatur forensibus	lxxii
Quod filius familias obligari non possit sine consensu pa- terno	lxxiii
Quod universitates compellantur habere consules vel officiales	lxxiii
Quod onera et factiones terrarum comunitatis riperie com- parciantur per testas et extima	lxxv

Quod consules terrarum communitatis riperie onera a vicinis suis exigere possint	lxxvi
Quod non fiat ratio de penis conventionalibus	lxxvii
De Instrumentis facientibus mentionem de Instrumentis sin- dicatum	lxxviii
De questionibus a centum soldis planet infra diffiniendis absque litis contestatione	lxxviii
Quod intelligatur esse secundum preceptum, si contineatur in aliquo consilio vel sententia quod fieri debeat	lxxx
Quod plures possint petere et a pluribus peti possit in eadem petitione	lxxxi
De copia Instrumentorum fienda	lxxxii
Quod aliqua consuetudo que non sit descripta in presenti volumine statutorum de cetero non servetur	lxxxiii
De Instrumentis producendis	lxxxiv
Quod successor in officio causas pendentes terminare possit	lxxxv
Quod omnes termini dierum dati ad probandum sint dies utiles	lxxxvi
Quod credatur subscriptionibus notariorum officialium	lxxxvii
Quod termini dati ad probandum habeantur loco litis con- testate	lxxxviii
Quod plus petens quam sibi debetur non puniatur pena legali	lxxxviii
De interrogationibus testibus fiendis	lxxxx
De non negetur filiatio	lxxxxi
Quod nullus teneatur elligere actionem	lxxxxii
Quod procuratores tantum per triennium durent	lxxxxiii
De decimis	lxxxxiv
Quod nullus decimam accipiat sua auctoritate	lxxxxv
Quod nisi fiat mentio de qua moneta intelligatur de pla- netis	lxxxxvi
Quod Judex secularis potest cognoscere de lite vertente su- per petitione decimatarum	lxxxxvii

Quod laici possint possidere vel quasi Jus perceptionis decime	lxxxxviii
De terris laborandis per comunia que per maliciam alicujus nequeunt laborari	lxxxxviii
De renuntiationibus fideiussorum et conreorum	c
Quod obligatio uxoris facta una cum viro habeantur pro re- nunciatione	ci
Quod designationa intromissiones et familia possint fieri diebus festivis	cii
Quod rogatus restituzione hereditatem in morte detrahatur quartam partem propter filios	ciii
De persona que agit ut ascendens vel descendens vel colla- teralis	ciiii
Quod banniti de spezabando et alijs instrumentis de causis non intelligantur banniti	cv
Quod bannitis de carceribus relaxatis intelligatur remissum	cvi
Quod de usuris repetendis fiat ratio sub judice seculari	cviij
Quod judex secularis potest cognoscere incidenter super qualibet questione	cviij
De ferijs	cviij
Quod reformationes consilij habentis bayliam habeant vim statuti	cix
Quod mulieres postquam duraverint in matrimonio per de- cem annos intelligantur dotate	cxi
De recipiendo insolutum res dotatas	cxiij
De confessionibus factis in absencia adversariorum	cxiij
De gazaris expellendis	cxiij
Quod emancipationes non valeant in preiudicium comunium	cxv
Quod fiat copia de Instrumentis debitorum	cxvi
De brevarijs notariorum concedendis	cxvii
De die loco testibus distincte ponendis	cxvii
Quod notarij non subiecti jurisdictioni comunitatis non pos- sint Instrumenta conficere	cxviii

Quod notarius non oriundus non possit confidere Instrumenta sine presentia unius alterius notarij	cxx
Quod aliquis que non sit oriundus de riperia vel in ea habitaverit per decem annos non gaudeat beneficio territoriali	cxxi
Quod quilibet comunitatis riperie possit tenere famulos et familia in terris comunitatis riperie	cxxii
Quod res alicuius communis seu universitatis vendi non possint Qualiter fieri debeat ratio de sociis	cxxiii
Quod in relatione ministerialis scribat nomen terre in qua citatio facta fuerit	cxxiv
De sacramento prestando vel referendo	cxxvi
De judicibus dandis expensis patentibus	cxxvii
Quod victus victori in expensi legitimis condemnetur	cxxviii
Quod de questionibus vertentibus de layco ad laycum occasionione usurariorum episcopus nec aliquis Judex ecclesiasticus se non intromittat	cxxviii
Quod prius conveniatur principalis quam fideiussorum	cxxx
Quod super re super qua contestata fuerit lis vel habita pro contestata et prosecuta non fuerit ulterius questio mori non possit	cxxxii
De modo et ordine servandis super venditione rerum immobilium libere vendendarum	cxxxii
Quod possessiones et cetera bona que tenentur ad fictum amitti vel accipi non possint pro fictis non solutis	cxxxiii
De Immunitatibus forensibus concessis	cxxxiv
Quod prescriptiones de cetero hoc modo videlicet	cxxxv
Quod Instrumenta creditorum et depositorum facta a xl annis retro peti non possint	cxxxvi
Quod Instrumenta creditorum et depositorum facta a mcccclxxxvi citra non possint peti nec exigi	cxxxvii
Quod Instrumenta creditorum et depositorum de cetero fienda ultra decem annos peti non possint	cxxxviii

De compromissis fiendis inter coniuctos consanguinitate vel affinitate usque ad quartum gradum	cxxxviii
Quod Judex cadat ab assumptione ut infra	cxl
Quod mulier vendere obligare et alienare non possit	ccli
Quod laycis personis fiat jus contra quascumque ecclesia- sticas personas	cxlii
Quod creditore non possit cedere Jura in preiudicium pos- sessorum	cxlili
Quod non possit renunciari statutis riperie	cxlili
Quod communia comunitatis riperie possint vendere de bonis vicinorum	cxlvi
De modo conducendi aquam	cxlvi
Quod possessio omnis intelligatur translata in heredem	cxlvii
Quod mulier comittens adulterium amittat dotem	cxlviii
De testamentis paternis	cxlvi
Quod sententia dicatur nulla	cl
De cursu prescriptiōum rerum mobilium	cli
De eodem	cли
Quod Instrumenta hactenus facta valeant quamquam non sint subscripta	cliii
Quod protocollis et breviarijs notariorum piena fides adhi- beatur	clviii
Quod omnia statuta in presenti volumine inserta debeant intelligi prout iacent	clv
De computatione graduum	clvi
Quod omnia statuta in aliquo contraria decretis domini non valeant	clvii
De Instrumentis registrandis	clviii
De compromissis fiendis de litibus	clviii
Quod contractus inter virum et uxorem sint simulati ut infra	clx
Quod venditio et donatio intelligatur simulata si vendens et donans steterit in possessionem per triennium	clxi

De ordine Judiciorum civilium causarum	cixii
Confirmatio Statutorum comunitatis riperie facta per prefat-	
um dominum nostrum	clexiii
Publicatio Statutorum predictorum	clexiiii

De in Jus vocandum capitulum primum.

Cum omne Judicium ab ea parte que est de in Jus vocando incepit. Statutum et ordinatum est. Quod quicumque de aliquo con queri voluerit coram domino potestate seu capitaneo vel rectore comunitatis riperie lacus benaci vel eius vicario teneatur et debeat illum talem citari facere personaliter, vel ad eius habitationem, per tres diversas vices in scriptis. Et cedula citatus super hostio citati affigi. Aut foribus palatij ubi Jus redditus. Quod si tempore citationis fiende de eo in loco et terra in quibus habitat dominus potestas riperie non habitaret tunc, citari et requiri debeat ad domum habitationis in qua habitare consuevit inscriptis. Et predicta locum habeant in citationibus fiendis in ea loco et terra in quibus habitat dominus potestas riperie. Si vero citandus fuerit habitator in terris comunitatis riperie quod citari debeat personaliter vel ad habitationem semel tantum, cum termino duorum dierum specificando diem per dictum ministralis. Si vero persona habitaverit extra comunitatem et terras riperie quod tunc possit et valeat citari per aliquem ex ministralibus dicte comunitatis ad banchum officij dicti domini potestatis seu capitanei ipsa copia citationis affixa hostio palatij ubi Jus redditur. quod ad octo dies compareat coram dicto domino potestate vel eius vicario. Vel alio vicario per *magnificum et excelsum domin. domin. nostrum dictum Pandulfum de malatestis*¹⁾ in dicta comunitate posito ad illum actum ad quem citatus fuerit. Et idem servetum in omnibus requisitionibus seu exclamationibus necessarijo fieri contra talem personam et ocaxione bonorum eius. Et quod si talis citatio in diem feriatam

1) Tutto il corsivo è in carattere più moderno, ed stato sostituito ad altra dicitura che fu cancellata.

inciderit, quod tunc sequenti die non feriata, taliter requisitus sive citatus comparere teneatur. Et citationes predicte in omnibus causis civilibus pro legitimis habeantur.

De forma exclamationum capitulum.

ii

Si quis vero conqueri voluerit aliqua de causa de herede alicuius defuncti et ignoraverit quis sit heredes tunc sufficiat si publice proclametur per ministralem comunitatis predicte in dicta comunitate ex parte domini potestatis riperie vel eius vicarij ad banchum ipsius domini potestatis vel eius vicarij. Et coram solita habitatione ipsius defuncti. Quod si quis est qui velit esse heredes defuncti aut eius bona et hereditatem defendere ad terciam diem compareat coram ipso domino potestate vel eius vicario facere rationem conquerenti, vel ad accipiendo petitionem seu libellum in scriptis, quem conquerens obtulerit ad banchum. Vel aliquid aliud facere, quod forma vel materia proclamationis requiret. Et tales proclamationes pro legitimis habeantur. Etiam forma non servata, dum tamen intellectus et substantia sit servata.

Quod reus sequatur forum actoris.

iii

Item quod reus sequi debeat forum actoris quod locum habeat contra illos in quorum foro est simile statutum. Si quis actor conqueri voluerit de aliqua persona aliqua de causa coram domino potestate riperie vel eius vicario processus coram domino potestate vel eius officiali aliter factus non valeat nec teneat ipso Jure salvis extimatoribus dandis ad petitionem creditoris, et certis processibus fiendis ex certa ocaxione satisfactionis se in bonis debitoris. Et alijs processibus qui fuerunt post contumaciam debitoris vel heredis ejus pro excussionibus bonorum fiendis. Que omnia fieri debeant, coram dicto domino potestate vel eius officiale, modo et forma descriptis in capitulo infrascripto, sub rubrica: de modo et forma procedendi in bonis contumacis debitoris.

De conceptione petitionis seu libelli.

iiii

Item quod sufficiat si ponantur instrumenta in qualibet petitione seu libello, quem actor obtulerit et offerre debet. Videlicet nomen Judicis, nomen rei. Res quo petitur, et certa causa petendi, concludens ad intentum agentis, omni alia Juris solemnitate omissa et pretermissa.

De interrogationibus in Judicio siendis.

v

Item quod facta interrogacione alicui in Judicio, sive ex officio Judicis, sive ad petitionem partis, virum teneat vel possideat aliquam possessionem vel rem teneatur et debeat talis interrogatus sufficienter respondere, utrum teneat vel possideat ipsam possessionem vel rem. Et pro quanta parte, et an pro diviso vel indiviso. Et si pro diviso a qua parte. Infra secundam diem vel ultra, ut Judici visum fuerit, considerata loci distantia, dummodo dilatio danda terminum quinque dierum continuorum non excedat. Quod si infra dictum terminum non retenderit sufficienter et clare. Tunc procedatur et fiat per Judicem, ac si negasset se possidere. Si vero quis interrogatus fuerit ex officio Judicis, vel ad petitionem partis, utrum sit vel esse velit heres alicuius. Tunc talis interrogatus, si maior fuerit vigintiquinque annis, teneatur et debeat infra quinque dies utiles deliberare et retendere clare et aperte utrum sit heres vel esse velit vel non. Et si retenderit se heredem esse velle, teneatur et debeat dicere et declarare utrum sit heres ex testamento vel ab intestato, et pro quanta parte. Si vero fuerit adulitus seu maior quatuordecim annis teneatur et debeat predictas retensiones facere et retendere modo et forma predictis, infra terminum decem dierum utilium, cum auctoritate curatoris sibi dati ad lites. Et ad eundem terminum teneatur retendere quilibet tutor seu pupillus auctoritate tutoris. Et si tutorem non habuerit eidem ordinetur et constituatur saltem ad lites ad instantiam cuiuslibet contra pupilum agere volentis. Et in predictis omnibus causis si predicti vel aliqui predictorum recusaverint retendere. Vel modo aliquo non retenderint, pro heredibus habeantur in solidum, quantum ad causam

de qua agitur contra eos. Et per Judicem conveniri possint, et contra eos procedi, ac si in Judicio dixissent et respondissent legittime se heredes esse. Et quilibet maior quatuordecim annis et etiam minor cum auctoritate tutoris, seu ipse tutor teneatur et debeat ante litem contestatam, si interrogatus fuerit, clare et aperte retendere, utrum debeat solvere dictum quod sibi petitur an ne. Et si non responderit infra terminum sibi datum per Judicem, pro inde habeatur pro confessso, ac si confessus fuerit debere illud.

De preceptis fiendis ad quindecim dies utiles ut retenta.

vi

Item quod de debito liquido per instrumentum publicum vel per confessionem rei extra Judicium factam fiat preceptum per dominum potestatem vel ejus vicarium ad quindecim dies utiles. Retenta vi a quo precepto appellari non possit, nec supplicari etiam si nulla exceptio opponatur. Ita quod si contingerit confirmari vel infirmari preceptum nulla appellatio admittant nec recipient. Salvo quod soluto debito de quo fit mentio in dicto instrumento possit et valeat solutiones repetere eius quod solutum est. Si appareret legittime ipsum debitum fuisse solutum indebite. Et ille qui receperit scienter vel dolose illam talem solutionem indebitam condempnetur in vigintiquinque libris. Medietas cuius condemnationis sit illius a quo exacta fuerit dicta pecunia et alia medietas sit comunitatis riperie. Et insuper restituat id quod receperit iniuste cum dampnis et expensis legitimis que et quas passus fuerit qui solvisse dicta de causa. Et infra dictos quindecim dies fiant omnes probationes ab utraque parte. Ita quod infra dictum terminum testes dicant et deponant dicta sua. Et quod dictus terminus non possit prorogari nisi ad petitionem actoris. Et contenta in presenti capitulo habeant locum inter principales personas tunc in Instrumento nominatas.

In quibus causis ius summarium reddatur.

vii

Item quod in omnibus causis assendentibus usque ad summam vigintiquinque librarum parvorum. Et abinde infra viduarum, pupil-

lorum, orphanorum et aliarum miserabilium personarum Jurisdictioni comunitatis riperie subiectarum. In quibus tales personas agentes fuerint vel petentes procedatur et cognoscatur sumarie sine strepitu et figura Judicij omni solemnitate seu Juris ordine pretermisis. Et idem observetur et fiat in causis alimentorum et mercedum. Et in omnibus aliis causis in quibus summarie procedi potest. Et in predictis causis et qualibet earum procedi et cognosci possit, et etiam diffiniri quocunque tempore feriato, ad utilitatem hominum, et non feriato. Et quod factum fuerit valeat et teneat, ac si rite et legittime factum esset, dummodo non sint ferie introduce in honorem dei et sanctorum.

De modo et forma procedendi in bonis contumacis debitoris. viii

Item quod debitore vel fideiussore in contumacia coram domino potestate, Judice vel vicario comunitatis riperie persistente per duos dies. Aut non solvente ad terminum precepti sibi facti per dominum potestatem judicem vel vicarium dicte comunitatis riperie vel post terminum condempnationis de eo facte, postquam preceptum vel condempnatio de eo facta transiverit in vigorem rejudicata, vel debitore seu fideiussore defuncto, postquam proclamatio publice facta fuerit ad banchum domini potestatis riperie vel eius vicarii. Et coram solita habitatione debitoris vel fideiussoris defuncti. Quod si quis est qui velit esse heres defuncti, aut eius heredem seu bona et hereditatem defendere ad terciam diem legittime compareat coram domino potestate riperie vel eius vicario facere rationem creditori. Et si nullus comparverit ad dictum terminum iuxta formam proclamationis predicte. Elapsis sex diebus post dictum terminum dictus dominus potestas vel eius vicarius teneatur et debeat ad petitionem creditoris, dare duos bonos viros et legales dicte terre in qua seu cuius territorio bona debitoris fuerint situata. Et eos sacramento astringere ad estimandum cuncta bona mobilia et immobilia debitoris seu fideiussoris tam vivi quam mortui et heredum eius si qui sunt heredes. Quod extimum produxisse debeat infra quinque

dies a die juramenti computandi. Et post productionem extimi bonorum debitoris seu fideiussoris vel heredum eius et composite in actis notariorum dicti domini potestatis vel eius vicarij per notarios dicti domini potestatis vel eius vicarij. Ad banchum ipsius domini potestatis vel eius vicarij. Et ad habitationem ipsius debitoris seu fideiussoris seu solitam habitationem debitoris seu fideiussoris defuncti. Quod si quis est qui velit sibi satisfieri in bonis talis debitoris seu fideiussoris et heredum eius extimatis coram domino potestate vel eius vicario ad postulationem creditoris debeat comparere infra decem dies utiles coram ipso domino potestate vel eius vicario, cum omnibus suis juribus rationibus et cartis ad contradicendum extimo bonorum debitoris seu fideiussoris. Et quod elapsis dictis decem diebus utilibus et termino. Dictus dom. potestas vel eius vicarius teneatur et debeat dare insolutum de bonis debitoris seu fideiussoris usque ad concurrentem quantitatatem crediti cuiuslibet creditoris cum expensis. Ita tamen quod potior creditor preferatur non habenti potiora jura. Et salvo quod restituantur expense ei qui fecerint fieri eridas facte usque ad diem contradictionis, si non reperiretur esse potior creditor. Quod si creditoris cui res aliqua sui debitoris vel fideiussoris vel eius heredum infra unum annum obtulerit creditum cum expensis, pro quo seu qua illa res talis data fuerit insolutum. Quod talis emptor teneatur et debeat recipere suum creditum cum expensis pro quo talem rem acceperit insolutum. Et ipsam dimittere restituere et relaxare debitori seu fideiussori vel heredibus eius sive creditori taliter offerenti, habendo fructus pro rata temporis. Et simil modo fiat et observetur quantumcumque talis res translata fuerit de creditore in creditorem. Et quod transacto uno anno omne jus quod debitori seu fideiussori vel eius heredi de bonis cuius tradatio seu datio facta fuerit creditori transeat in ementem et quamlibet et quemlibet offerentem. Si vero extimators bonorum retulerint se nichil invenire posse de bonis debitoris seu fideiussoris vel eredum eius, quod non sit venditum vel alienatum seu per alias posessum. Tunc fiat exclamatio ad banchum domini potestatis vel eius vicarij, et ad

habitationem debitoris seu fideiussoris et implateis terrarum in quibus habitabant. Si fuerint habitatores villarum comunitatis riperie. Quod si quis est qui faciat de bonis talis debitoris seu fideiussoris vivi, vel talis debitoris seu fideiussoris defunctis vel heredum eius, que non sint vendita vel alienata seu per alias posessa ad octo dies utiles illa producat in scriptis expensis creditoris, coram dicto domino potestate vel eius vicario ad postulationem creditoris. Quod si infra dictos octo dies utiles aliquis non produixerit aliqua bona habilia ad dandum insolutum creditori quod tunc bona debitoris seu fideiussoris vivi vel debitoris seu fideiussoris defuncti et heredum eius intelligantur et sint rite excussa. Et quod excussio facta ad postulationem unus creditoris sufficiat omnibus alijs tunc creditoribus. Ita quod sufficiat excuti bona unus debitoris vel fideiussoris quantum ad bona ipsius si plures sint debitores vel fideiussores pro uno et eodem credito quantum ad hoc ut possit perveniri ad nomina debitorum etiam alios extraneos possessores bonorum eius cuius bona sic fuerint excussa et alios conreos et confideiussores. Si vero aliquis produixerit bona aut nomina debitorum infra dictos octo dies utiles que dicuntur fuisse et esse debitoris seu fideiussoris defuncti vel heredum eius quod talis producens vocato creditore teneatur et debeat probare et probatum habuisse infra dictos octo dies dicta bona seu nomina debitorum seu fideiussorum fare et esse habilia ad dandum insolutum creditori et etiam ad exigendum. Alioquin pro non productis habeantur Et bona intelligantur et sint legittime excussa, videlicet quam talis producens probaverit bona et nomina debitorum que produxerit infra dictos octo dies fare habilia ad exigendum et dandum insolutum. Tunc dictus dominus potestas vel eius vicarius teneatur et debeat illa bona et nomina debitorum per duos bonos viros et legales homines sacramento astringendos extimari facere facta prima exclamatione decem dierum utilium ut supradictum est. Et post dictos decem dies utiles dictus dominus potestas seu eius vicarius teneatur et debeat dare insolutum dicta bona sic extimata creditoribus. Ita quod creditor habens potiora Jura in

predictis ceteris creditoribus preferatur. Et eodem modo ut supradictum est possit fieri oblatio crediti cum expensis, pro quo res aliqua data fuerit insolutum creditori pro alium creditorem vel debitorem vel heredem debitoris. Et creditor cum facta fuerit oblatio teneatur et debeat dimittere restituere et relaxare rem offerenti ut supra dictum est habendo fructus pro rata temporis ut supra dictum est. Et sic servetur et fiat de creditore in creditorem ut supra dictum est. Salvo quod in quolibet casu potior creditor et cui facta fuerit oblatio ut supradictum est possit et valeat rem sibi insolutum datam retinere pro suo credito et credito creditoris sibi offerentis. Et alij creditori offerenti suum creditum solvere voluerit. Alioquin suum creditum cum expensis sibi oblatum recipere teneatur et debeat. Et rem pro quo sibi dicta fuerit insolutum restituere teneatur, habendo fructus pro rata temporis ut supradictum est. Si vero aliqua persona ascenderit infra dictos decem dies utiles in pecunia munerata aliquam rem extimatam. Coram domino potestate vel ejus vicario ultra quam fuerit extimata quod quidem etiam cuilibet persone si non sit creditrix in bonis extimatis. licitum sit ascendere ultra extimum factum de aliqua re et etiam ultra quam ascensum fuerit pro aliquam personam quociescumque et quantumcumque ascensum fuerit usque ad dictos decem dies. Quod dominus potestas vel eius vicarius qui faciet venditionem de tali re ascendita convocare debeat actorem et creditores. Et habenti potiora jura ipsam pecuniam dare. Dum modo non faciat nec facere possit venditionem de aliqua re ascendita. ultra id quod capient debita eius cuius bona fuerint extimata. Ita quod dictus dominus potestas vel eius vicarius dictam pecuniam non accipiat nec ad eius manus perveniat dicta pecunia dicte venditionis fiende. Et facta dicta venditione per dominum potestatem vel eius vicarium de aliqua re ascendita ut supradictam est circa oblationem crediti cum expensis et recuperationem ipsius rei fiendam per debitorum seu fideiussorem et heredem eius quam per ceteros creditores eius illa omnia serventur et fiant et locuna habeant que supradicta sunt in debitore seu fideiussore et eius heredibus et

ceteris creditoribus volentibus offerre preium cum expensis. Et recuperare rem aliquam insolutum datam vel venditam ut superius est expressum. Et ex quo extimatores dati fuerint ad extimandum bona alicuius personae modo et forma suprascriptis, quod talis persona debitrix vel fideiussor non possit nec debeat facere aliquam venditionem dationem alienationem vel invasionem aliquam de aliqua re mobili vel immobili, nec de fructibus redditibus vel proventibus. Et si contrafactum fuerit non valeat nec teneat ipso jure in preuidicium creditorum. Sed vendentium vel alienantium sic et Instrumenta creditorum debeant interlineari, sive de parte sive de toto fuerit satisfactum in qua interlineatura contineatur quantitas de qua fuerit sibi satisfactum. Et sub quo judice et dies mensis et annus quibus fuerit satisfactus, nomine notarij qui dationem insolutam factam creditori scripserit. Et si contingere totum debitum persolvi incidatur Instrumentum in uno loco. Et quod de cetero non possit fieri nisi unicum extimum de bonis cuiuscumque debitoris, seu fideiussoris durante dicto estimo. Quod durare possit per trienium et non ultra. Sed quilibet volens se satisfacere in bonis alicuius contumacis teneatur et debeat contradicere are seu extimo facto de bonis debitoris seu fideiussoris et non extimum de novo facere, seu fieri facere. Salvo quod quilibet actor et contradicitor possit facere seu fieri facere additionem unam vel plures cuilibet extimo seu are per illos eosdem extimatores qui extimum primum fecerunt, vel per alios duos ad plus. Et quod extima et eorum additiones possint et debeant exemplari ad postulationem cuiuslibet creditoris per notarios subsequentes in officio extimarie. Et quod extimo et additione exemplatis. Cum contradictoribus et alijs scripturis factis fieri debeant exclamaciones ad banchum officij, et ad habitationem debitoris seu fideiussoris et heredum eius ut superius est notatum. Quod si quis est qui velit sibi satis fieri et ceter. Ut superius contra, et alia fieri que superius sunt descripta. Quod si res aliqua data fuerit insolutum creditori, sub domino protestate vel eius vicario, et ei creditori vel habenti causam ab eo fuerit evicta de jure. Vel apparuerit traditionem vel dationem insolutum

modo aliquo non valere quod jura obligationes et actiones tam contra principales debitores quam contra fideiussores et heredes eorum et cuiuslibet eorum. Et contra bona eorum et cuiuslibet eorum sint et esse intelligantur integra atque salva, integre atque salve tam in sorte quam in dampnis interesse et in eo statu in quo erant ante ipsas traditiones et dationes insolutum. Ac si instrumenta non essent interlineata vel incisa. Et si non esset facta tradatio vel datio insolutum. Et quod super contentis in presenti capitulo non habeat locum ordo civilium causarum.

*Quod si res livellaria vendi vel insolutum dari contingit
tamquam livellaria dominus debeat primitus appellari.* viiiii

Item quod si res livellaria, tamquam livellaria vendi et insolutum dari sub domino potestate comunitatis riperie lacus garde vel eius vicario contingit quod dominus debeat primitus appellari et ei emere volenti dictus dominus potestas vel eius vicarius dare teneatur pro tanta minori quanta in instrumentis livellarijs continetur. Et si non velit ad terminum per dominum potestatem vel eius vicarium assignandum, quod ipsa talis res livellaria insolutum dari possit per dominum potestatem vel eius vicarium. Ipso domino ulterius non expectato. Et quod postquam illa talis res livellaria posita fuerit sub extimatoribus comunitatis riperie, vel postquam dati fuerint extimatores ad extimandum bona emphiteote vel heredum eius dominus non possit ipsam rem livellariam in se accipere pro dicto non soluto. Etiam pro dictis retentis et non solutis possit et debeat sibi satisfieri sicut ceteris creditoribus. Et in quolibet predictorum casuum si res ipsa posita fuerit ad extimum tamquam livellaria Alias nullum preiudicium domino dicte rei. Quum eam accipere possit pro dictis non solutis. Quod si res aliena tanquam debitoris vel fideiussoris vendita vel data fuerit insolutum quod non obsit domino vel quasi domino rei, in proprietate nec in possessione. Illo cui vendita vel data fuerit insolutum habente regressum contra debitorem et fidejussorem, et bona eorum et cuiuslibet eorum. Salvo etiam omni jure cuilibet

ereditari volenti agere hypothecaria bonis excussis pro re vendita vel insolutum data per dictum dominum potestatem vel eius vicarium ut supradictum est. Et quod pendente extimo actor et contradictor vel aliquis eorum non possit facere aliquem alium processum contra illum cuius bona fuerint estimata. Que bona debitor vel fideiussor in vita sua et tempore mortis eius tenuit et possedit pacifice et quiete teneatur et debeat bona illa creditori dare insolutum non obstante quod alius veniat dicens illa bona se tenere et possidere nisi aloget et probet iustum titulum vel possessionem legitimam se habere, habendo judex de qualibet tradatione seu datione insolutum soldos sex planet. Et ultra decem soldos planet. recipere non possit sub pena periurij de aliqua pronuncia quantecumque quantitatis sit pro directum vel indirectum. Salvo quod debitor non possit recuperare nisi singulam rem ab uno creditore, nisi ab eodem omnia bona recuperare voluerit que de bonis suis sub extimationibus acceperit. Et quod extimators debeant habere pro suo salario extimi fiendi per eos hec modo videlicet duodecim planet. pro qualibet ipsorum si extimum fuerit in loco in quo habitat dictus dominus potestas, et in clausuris dicti loci decem octo planet. pro qualibet eorum. Et in terris dicte comunitatis riperie soldos duos planet. pro qualibet eorum. Et quilibet creditor seu eius procuratores habentes ad hoc speciale mandatum ante aliquam tradationem sibi fiendam teneatur et debeat jurare corporaliter tactis scripturis sibi solutum non esse in toto nec in parte nec satisfactum de eo credito pro quo sibi tradatio aliqua fiet. Et quod tantum habere et recipere debet. Et quod tantum expendit seu expendere potuit seu debet vel potest de Jure. Et quod notarij ad civilia deputati non possint nec valeant habere nec recipere pro qualibet Instrumento dicte tradationis seu insolutum dationis pro eorum mercede et salario illud in formam autenticam reducendi et scribendi cuiuscumque quantitatis sit nisi libras tres planet. Salvo nisi cuidens labor scripture appareret. Et quantitas summe quod plus mereretur. Quod committi debeat discretioni duorum bonorum notariorum, qui tamen excedere non possint ultra alias quatraginta soldos planetorum.

Quod super interlocutoria aliqua non habeatur consilium sapientis. x

Ad hoc ut cause civiles citius sine debito terminentur. Statutum est quod dominus potestas et eius judex et quilibet alius officialis communitatis riperie teneatur et debeat ad penam juramenti quamlibet interlocutoriam proferendam super aliquibus emergentibus sive incidentibus punctis; et qualibet alia que non sit diffinitiva totius questionis eorum eo vertentis per se ipsam absque alio consilio sapientis proferre. Et super ipsis omnibus cognoscere et diffinire infra terciam diem suo sacramento. Et si aliter factum fuerit non valeat ipso jure. Salvo quod si requisitum fuerit pro aliquam partium quod super interlocutoria seu emergenti seu incidenti questione habeatur consilium sapientis possit et teneatur sibi dare sapientem juris in una ex civitatibus domini nostri propinquioribus si in dicta riperia avenirii non possit, de confidentibus tantum partium statim dandis. Et expensis partis petentis. Et statim in die pronunciationis reficiendis. Ita quod dictus officialis teneatur et debeat infra terciam diem si per se ipsum dictam causam cognoverit. Si vero comissa fuerit infra terciam diem post lapsum terminum judicis assunpti terminare et diffinire dictam talem questionem. Sub pena viginti soldorum pro quolibet. Et nichilominus dictus sapiens cadat ad assumptione.

De rebus feudalibus insolutum dandis et qualiter dari possint. xi

Item quod res feudales per dominum potestatem vel ejus vicarium vel per alium ejus officiale vendi et insolutum creditoribus dari possint tanquam feudales in vita vasalli salvo quod post mortem ipsius vasalli dominus vel aliis proximor in successione feudi, possit ad vocare ipsas res feudales venditas vel insolutum datas, ac si talis venditio vel insolutum datio de ipsis rebus feudalibus facta non esset. Et Jura actiones et obligationes ipsis creditoribus sint integra atque salva, integre atque salve, ac si tradatio vel insolutum datio facta non esset.

Quod nulla res possit probari feudalis nisi per Instrumentum. xii

Item statutum est quod de cetero nulla res possit probari esse vel fuisse feudalis per testes per confessionem factam vel fiendam que probaretur per testes. Sed solum modo probaretur per instrumentum investiture, vel per instrumentum in quo contineatur quod aliquis confessus fuit rem esse vel fuisse feudalem. In qua confessione apparet de re feudali et de nomine domini a quo tenetur feudum.

Quod credantur omnia solemniter acta in traditionibus. xiii

Item consuevit servari. Quod credantur omnia solemniter acta que continentur de traditionibus sub extimatoribus seu consulibus seu domino potestate vel vicario comunitatis riperie factis retro et fiendis. Si steterint per decem annos. dum tamen de creditis appareat. Et idem intelligatur de excusionibus et processibus et alijs sententij latis, tam per ordinarios quam delegatos vel arbitros in publicam formam tam redactis. vel imbreviarijs notarij existentibus.

Quod intelligatur posessio tradita qui emerit sub extimationibus. xiv

Item consuevit servari quod si venditio facta est sub extimatoribus seu consulibus vel res aliqua data est insolutum sub extimatoribus seu domino potestate vel consule quod intelligatur posessio illius rei data et tradita debitore possidente vel eius heredibus tempore emptionis seu insolutum dationis. Et nulla alia probatione de hoc fienda.

*Quod de re data in solutum alicui creditor i et ea evicta
pristine actiones sint salve.*

Item consuevit servari quod re data insolutum alicui creditor i, quod ea evicta remaneant salve et integre actiones pristine contra omnes obligatos.

*Quod etiam si actores nec non apparent creditores
fiat solutio condutoribus.*

xvi

Item quod si aliqua persona de cetero fecerit poni ad extimariam coram domino potestate vel eius vicario bona alicuius persone communis collegij vel universitatis. Quilibet conductor qui apparuerit legittimus creditoris cuius bona fuerint estimata possit et valeat sibi satisfacere in bonis taliter estimatis per estimatores non obstante quod non appareat de credito actoris.

De feudo non amittendo.

xvii

Item vasallus feudum non amittat licet non requisiverit investitaram si vero vasallus personaliter a domino requisitus in fidelitate facienda steterit contumax per annum et diem. Si fuerit compos mentis et major vigintiquinque annis feudum amittat nisi iustum causam habuit differendi, et etiam ignorandi. Et hec si domino placuerit, nec feudo renuntiare possit sine voluntate domini.

De feudo acquisito.

xviii

Item quod si quis acquisierit feudum et heredes masculos et feminas. Femine non succedant nisi deficientibus masculis. Et nisi feendum fuerit acquisitum ab initio a feminis et tunc succedant sicut masculi.

Quod defuncto debitore relictis descendantibus ad quos feendum pervenire potest in feudo si satisfaciant creditores.

xviii

Item quod defuncto debitore relictis descendantibus ad quos feendum pervenire potest in feudi sibi satisfaciant creditores, etiam si descendentes dicant se non esse heredes dum tamen predicti satisfacientes sibi remaneat vasalli dominorum sicut dictus debitor erat et fuerat.

Quod facta relatione rei evicte victori hypothecaria res talis intelligatur insolutum tradita creditori.

xx

Item quod facta relaxatione rei evicte per conventum hypothecaria actione victori intelligatur res ipsa evicta insolutum data esse creditori, pro ea videlicet quantitate pro qua extimata fuerit per duos bonos homines et legales eligendos et sacramento astringendos per dominum potestatem et illum judicem et officialem qui tullerit sententiam absque aliqua alia datione insolutum vel solemnitate fienda. Et quod in eo casu instrumentum crediti interlineari debeat. In qua interlineatura fiat mentio de re evicta cum coherentiss. et de summa pro ipso creditore lata et de notario die mense et millesimo interlineature predicte. Que interlineatura fieri debeat per unum notarium officialis sub quo obtulerit vel eius successoris. Alioquin si interlineari non fecerit infra decem dies a relaxatione sibi facta computandos fruges ipsius rei debeant sibi in sorte computari. Et eodem modo interlinentur instrumenta creditorem qui exigunt et recipiunt aliquid a debitore vel in bonis debitoris sui.

Qualiter emens vel insolutum accipiens rem livellarium domino teneatur.

xxi

Item quod quicumque emerit vel insolutum acceperit aliquam rem livellarium sub domino potestate comunitatis riperie vel eius vicario vel alio modo et a quacumque acquisiverit emet vel acquiret in futurum, teneatur et debeat a tempore scientie domino solvere dictum, ac si ab eo personaliter fuisset investitus. nisi infra mensem a tempore scientie rem livellarium domino relaxaverit. Salvo quod si propter dictam alienationem competenter dominò aliquod jus ad renovandum seu renovandum rem predictam seu circa renovationem seu renovationem dicte rei quod illud jus sit ei salvum et integrum. Si illud ellegerit ante denuntiationem et notificationem scientie et relaxationis predicte. Et quod facta relaxatione domino ipsius rei livellarie quod illi qui emissent dictam rem livellarium jura obligationes et actions

habeantur sibi salva contra illum de cuius bonis acciperint et contra fideiussorem et contra heredes eiusdem, et contra bona eorum et cuiuslibet eorum. Et per inde agere possit de evictione ac si per scientiam fuisset evicta, et opportune etiam denuntiationes facte fuissent.

De retinendo venditore pro pretio rei evicta. xxii

Item quod quilibet qui vendiderit aliquam rem et illa res evicta fuerit emptori legitime facta tamen venditori denuntiatione quod possit capi et detineri pro pretio ad quod tenetur et de suis bonis sequestrari ratione rei evicta ad postulationem emptoris vel heredum eius, ac si pro venditione solvisset. Et idem servetur in fideiussoribus si sibi denunciatum legittime fuerit.

De termino domino deliberandi causam concessa. xxiii

Item quod post denuntiationem domino rei factam per emphiteotam vel livellarium personam melioramentum suum vendere volentem dominus habeat spacium decem dierum deliberandum utrum velit melioramentum in se recipere pro eo precio quod re vera Emphiteota vel livellarius de ipso melioramento habere poterit. Et pro tanto minus quanto in Istrumentis livellariis contra. Quod si infra dictos decem dies dominus melioramentum in se recipere noluerit et precium solvere ut supra dictum est. Tunc licitum sit emphiteote vel livellario melioramentum suum vendere cui voluerit, pro eo precio quod manifestaverat et dixerat domino in tempore denuntiationis sibi facte. Exceptis prohibitis personis non habilibus ad solvendum fictum, Alioquin ipso emphiteota vel livellario vendente minori precio quem manifestaverit domino, ipso jure deveniat res ipsa in dominum.

Quod sit de emphiteota tacente per biennium. xxiv

Item statutum est quod si qua persona fuerit investita vel de cetero investiretur per aliquem subiectum jurisdictioni comunitatis predicte de aliqua possessione vel re. Aut sibi facta fuerit aut fieret in futurum aliqua locatio intelligatur et pressumatur possessio sibi tra-

dita si dicta talis persona vel eius heredes steterit vel de cetero stabit per biennium post investituram vel locationem in eum factam vel fiendam quod non petierit vel de cetero postulabit dictam possessionem sibi tradi. Vel nisi doceat in contrarium. Et quod si emphiteote vel livellarii vel heredes eorum venderent posessionem vel rem de qua investiti essent ut supra. Vel de ea investituram vel locationem sive alienationem facerent in aliquam personam comune collegium vel universitatem. Et dicti talis livellarii sive emphiteote cessant vel cessabunt in futurum dare vel solvere, vel aliquid aliud facere domino rei vel possessionis per triennium totum id quod ipsi domino dare vel solvere teneretur vel tenebuntur in futurum de dicta re seu posessione. Quod dicti domini seu dominus possint et valeant sua propria auctoritate in se accipere dictam talem posessionem et rem. Et de ea quicquid voluerint facere ad suam liberam voluntatem. Jure aliquo tam civili quam municipali in aliquo non obstante, habendo emptores seu acquisitores dictarum possessionum vel rerum aut dicte posessionis vel rei regressum de eorum indemnitate et danno contra illas personas a quibus emissent vel alter acquisivisset.

Quod heredes etiam succendant in livellis.

xxv

Item quod si quis habet rem in emphiteosim ab ecclesia vel aliunde, et aliquis subiectus jurisdictionis comunitatis riperie succedat ei ex testato vel ab intestato. Succedat etiam in re livellaria.

Quod creditores possint sibi satisfacere in bonis legatis. xxvi

Item quod creditores possint plene sibi satisfieri in bonis legatis non obstantibus aliquibus legatis factis. Et quod legatarii sint in possessione. Et ipsi legatarii habeant actionem et regressum pro legatis sibi factis contra heredes et bona testatorum.

De actionibus que sub extimatoribus cedi debent. xxvii

Item quod jura et actiones, que sub extimatoribus comunitatis riperie dari et cedi debent pro datis et cessis habeantur et sint etiam si tempore venditionum seu insolutum dationum de ipsis juribus et

actionibus acta vel facta non fuerit mentio. Et idem intelligatur et sit de condemnationibus camere comunitatis riperie solutis vel que solventur in posterum per aliquem seu aliquos subiectum seu subiectos jurisdictioni comunitatis riperie.

*Quod emphiteota sive livellarius non possit rem livellarium in alium
sine voluntate domini transferre.* xxviii

Item quod aliquis emphiteota sive livellarius musculus vel femina non possit nec valeat rem emphyteoticam vel livellarium in toto nec in parte in alium transferre titulo venditionis donationis vel alienationis alicuius. Vel alicuius alterius contractus jurequisito domino. Quod si contrafecerit res ipsa perveniat in dominum. Tali venditione donatione vel alienatione vel contractu non obstante. Salvo quod predicta locum non habeant in ultimis voluntatibus.

*Quod quilibet teneatur ad fictum quod ipse
cuius heredes est solvit.* xxviii

Item quod quelibet major vigintquinque annis et sui juris persona commune collegium et universitas que se vel alium solvisset vel dedisset, vel in futurum dabit vel solvet aliquid nomine facti livellariorum honorantie vel decime aliqui persone subiecte jurisdictioni comunitatis riperie per tres vices vel tres annos. Vel alia persona cuius heredes est alicui solverit vel heredibus eius vel habenti a se causam teneatur et debeat solvere illud, tale quid ac si livellario nomine esset personaliter investita. Et insuper illa persona ut supra que solvisset vel solvet in futurarum per tres vices vel tres annos et heredes ejus teneatur et debeat posessionem designare de qua id quod solutum est nomine facti solutum est. Quod si non designaverit infra mensem ut supra dictum est. Quilibet officialis comunitatis riperie teneatur et debeat illam tamem personam commune collegium et universitate compellere investituram recipere de una convenienti posessione, vel de valente seu potente ad id quod nomine facti est solutum in preteritum et in posterum persolvendum de bonis dicte talis persone que

persolvisset ut supra si posessionem talem habuerit. Et si non habuerit teneatur ad dictum. Et predicta locum habeant nisi solveris docuerit se liberatum a predictis. vel eum vel eos a quo seu a quibus habet causam.

Quomodo emphiteota non teneatur nec conveniri possit pro factis non solutis tempore guerre.

xxx

Item quod quilibet emphiteota, coionus sive conductor non teneatur nec compelli possit nec debeat ad solutionem alicuius facti vel pensionis alicuius domus possessionis seu petie terre vel rei quem vel quas laborare vel laborari facere vel gaudere non potuerit propter guerras pro eo videlicet tempore quo eam vel eas laborare vel laborari facere vel gaudere non potuerit. Et quod aliquis judex vel officialis dictae comunitatis non possit nec debeat facere rationem de predictis alicui subiecto jurisdictioni comunitatis predicte vel aliunde sive ecclesiastico sive seculari. Si vero aliquis laboraverit seu laborari fecerit aliquam posessionem seu peciam terre vel domum tenuerit tempore dictae guerre in dicta comunitate territorio vel districtu de quibus dictum seu pensione alicui vel aliquibus solvere teneatur. Et de eis sic laboratis et tentis tempore dictae guerre non solvisset dominis suis dictum factum. Tunc in dicto casu teneatur et debeat. Rendere dominis suis de dictis factis seu pensionibus non solutis.

Quod recedentes coloni possint capi atque detineri.

xxxii

Item quod quelibet persona que fuisse vel stetisse seu fuisse vel stetisse diceretur famulus colonus vel inquilinus alicuius qui dicceretur recessisse sine licencia domini sui, possit et debeat capi et detineri ad postulationem ipsius domini in comunitate riperie et terris eiusdem. Et alibi in quacumque parte jurisdictionis domini nostri, et conduci in fortiam domini potestatis seu officialis comunitatis riperie. Et stare debeat detentus donec satisdederit de solvendo ipso domino et facendo onus que de iure tenetur occasionibus predictis.

De factis vel alijs debitis de cetero non deponendis. xxxii

Item quod aliqua persona que presentaverit fictum vel aliquid aliud quacumque ex causa alicui persone comuni collegio vel universitate debitum, si illa persona comune collegium vel universitas cui fictum vel aliquid aliud fuerit presentatum, Vel ad habitationem vel personaliter, vel ad habitationem sindici vel consullis, vel alterius officialis alicuius communis vel universitatis recipere recusaverit quod illa talis persona sic presentans fictum vel aliquid aliud debitum, non teneatur, ad aliquam penam ponitam in dicto contractu nec ad aliquid aliud nisi ad sortem contentam in dicto contractu nec etiam ad aliquam depositionem ipsius facti vel debiti.

*De capitulis dandis ad deliberandum sive
ad consulendum.* xxxiii

Item quod productis et porectis capitulis ab una partium, coram potestate vel judice teneatur et debeat pars que ipsa capitula acceperit seu cui data fuerint ad deliberandum vel ad consullendum infra terciam diem restituere cum omnibus exceptionibus et oppositionibus, et cum interrogationibus quas facere vult vel intendit notario litis. Alioquin ipsa capita pro approbatis et legitimis habeantur. Ed item observetur de Instrumentis procurationum et sindicatus que producuuntur iu causis.

*Quod maior quatuordecim annis possit procuratorem
constituere.* xxxiiii

Item quod quilibet maior quatuordecim annis tam masculis quam femina possit et valeat procuratorem constituere ad lites et causas. Jurantibus ipsis minoribus procuratorem constituentibus se non venturos contra ratione minoris etatis. Et se rata habituros que fierent in litibus et causis supradictis.

*Quod non habitans in loco et terra
 in qua habitat dominus potestas riperie teneatur sibi
 in eam eligere habitationem.* xxxxv

Item quod quelibet persona habitans aut que in futurum habitabit extra terram in qua habitat seu habitabit in posterum dominus potestas et eius vicarius teneatur et debeat eligere sibi habitationem vel domum in terra et loco in quo habitat seu habitabit dictus dominus potestas cum contrata et duabus coherentibus ad minus ad petitionem cuiuslibet persone ea litigare volentis. Quod si non fecerit infra secundam diem postquam fuerit petitum vel denuntiatum eidem possit citari ad banchum officij seu officialis coram quo talis persona fuerit requisita per ministram vel procuratorem comunitatis riperie publice et alta voce. Et talis citatio semel facta in quolibet casu pro legitima habeatur ac si personaliter citatus fuerit. Et quam electionem sive habitationis vel domus in terra vel loco in quo habitat dictus dominus potestas ut prefertur faciat describi in actis officij seu officialis predicti secundum quod superius continetur.

*De Instrumentis procuratorum sindicorum tutorum
 et actorum.* xxxxvi

Item quod quilibet intelligatur et sit sufficiens procurator tam in agendo quam in defendendo dummodo de ipsius procuratorio constet per publicum instrumentum in quo contineatur quod constitutus sit procurator ad lites et causas et ad agendum et defendendum. Et item intelligatur de sindico dum tamen in eius constitutione affuerint duas partes ad minus masculorum puberum communis collegij vel universitatis constituentis sindicum. Et idem etiam intelligatur de tutore curatore et actore, ad lites et causas constitutis. Et postquam instrumentum sindicatus fuerit legitimatum per judicem, coram quo questio ventilabitur. Tale instrumentum sindicatus sic legitimatum pro legitimo habeatur, et idem intelligatur de alijs instrumentis postquam legitimata fuerint ut supra.

Quod possit dari tutor certe rei et certe cause. xxxvii

Item statum est quod possit unicuique dari tutor et constitui certe rei et certe cause et ad certum tempus. Et quilibet legitimus seu propinquus et quilibet aliis facta prius legitima inquisitione possit cogi ad tutelam suspiciendam, si protestetur in iudicio requisitionis. Et quod quilibet tutor tam testamentarius quam dativus, teneatur jurare et satisdare de tutela facienda nisi in testamento relevatus fuerit a predictis.

Quod hereditates aptandi possint cum beneficio Inventarij xxxviii

Item quod hereditates aptandi possint cum beneficio Inventarij secundum Jus comune.

De faciendo cessionem bonorum et quod nulla persona possit carcerari. xxxviii

Item quod quelibet persona subiecta communitati riperie possit cedere bonis suis secundum Jus comune et quod aliqua persona subiecta ut supra non possit detineri in carceribus dicte communitatis pro aliquo debito alicuius singularis persone. Si ille debitor voluerit satis facere cum effectu de bonis suis. Et si non haberet in bonis possit pro quacumque in carceribus detineri ad instantiam creditoris.

Quod clericis ed ecclesiasticis personis illud ius fiat in curia seculari quod fit laicis in curia ecclesiastica. xl

Ad hoc ut in causis agendis et tractandis inter clericos et laycos equalitas observetur. Statutum est quod per omnes officiales communitatis riperie illud jus observetur in seculari curia riperie contra quoscumque laycos Comunia et Universitates quod fit et observetur laicis in curia ecclesiastica contra clericas ed ecclesiasticas personas, tam circa causarum ordinationem, quam decisionem et executionem,

appellationes et exceptiones omnesque processus in quibuslibet causis ed articolis ipsarum statuto aliquo precedente vel sequente non obstante. Et quod ad observationem presentis statuti omnes officiales communitatis riperie tam forenses quam cives teneantur vinculo juramenti. Et si contrafecerint non valeat ipso jure. Ita et taliter quod quilibet laycus contra quem mota fuerit aliqua questio, per aliquem clericum seu ecclesiasticam personam possit et valeat in quibuscumque casibus et capitulis et tota causa excipere appellare dilationes petere, et cetera omnia facere tam in judicio quam extra sicut et quemadmodum posset quilibet clericus seu ecclesiastica persona in foro ecclesiastico. Et quod aliquod statutum seu capitulum statuti in presenti volumine inclusum aut de cetero fiendum non obsit nec liget aliquam personam laycam alicui persone ecclesiastice, nisi prius illud statutum seu capitulum statuti factum et firmatum fuerit in capitulo ecclesie bri-xie. Ita quod sic liget personas ecclesiasticas secularibus personis, sicut seculares persone ecclesiasticis ligarentur.

Quod lis habeatur pro contestata in non comparentibus. xli

Item quod si de cetero aliqua persona comune collegium vel universitas citata vel citatum fuerit, vel exclamatio fuerit facta. Quod si quis est qui velit stare seu respondere pro bonis ed hereditate defuncti vel ejus eredes defendere quod compareat coram aliquo officiale communitatis riperie ad recipiendum ed rendendum petitioni quam aliqua persona Comune collegium vel universitas si offerre voluerit. Et non venerit nec comparaverit ad accipere dictam petitionem, et eidem petitioni non renderit quod habeatur lis pro contestata super ea petitione posita in libro officialis. Salvo quod si officialis dederit terminum super petitione ad probandum petenti quod dictus terminus habeatur pro legitimo termino. Et hoc si responsum fuisset dicte petitioni.

*De nominibus testium producendorum et capitulis
in actis ponendis*

xlii

Item quod partes que de cetero testes in causis producere voluerint teneantur et debeant dare nomina et pronomina testium in scriptis judici vel officiali ea die vel precedenti qua producere voluerint ipsos testes. Si pars adversa petierit sibi dari antequam producantur. Et quoa judex vel officialis coram quo hoc fuerit teneatur et debeat taxare numerum sive quantitatem ipsorum testium secundum quod jus percipit et requirit. Et quod dicta illorum omnium testium qui de cetero dicta sua deponent. Reducantur in scriptis super libris propriis officialium domini potestatis et Judicis comunitatis predicte, sub quibus producti essent. Ita quod de eis quandocumque possit haberi copia. Et dicta illorum testium per exempla tantum tradantur presentibus ad consulendum et non aliter. Que partes possint et debeant facere exemplari et exemplare per se vel alias notarios ad banchum vel alibi sicut in concordia fuerint cum tabelione judicis vel aliorum officialium dicte comunitatis qui ipsa dicta scriperit vel habebit, pena soldorum decem pro qualibus vice cuiuslibet contrafacienti. Et quod capita eum fuerint approbata vel habita pro aptatis scribantur in libris notariorum officialis sub quo fuerit lix. Alioquin ipsa capitula non valeant.

De testibus committendis.

xliii

Item quod de cetero partes ad invicem litigantes possint committere cuilibet notario de collegio notariorum comunitatis riperie majori vigintiquinque annis de quo fuerint in concordia sive per confidentes partium, ad scribendum ed recipiendum testes et dicta testium qui testificabuntur et producentur in causis civilibus. Et quod talis comissio et examinatio valeat et teneat statuto aliquo seu jure non obstante.

Quod homines terarum comunitatis riperie pro universitatibus suis testificari non possint.

xliii

Item quod homines de universitatibus comunitatis riperie non possint esse testes nec testificari in causis universitatum suarum preterquam contra vicinos suos. Et preterquam contra non subiectos Jurisdictioni comunitate riperie.

Quod notarij non breviter sed distincte ponant millesimum Indictionem et sumam.

xlv

Item quod quilibet notarius qui rogatus fuerit facere aliquod instrumentum in quo instrumento debeat contineri aliqua quantitas vel summa teneatur et debeat dictam summam et quantitatem extense in imbreviatura vel instrumento scribere et non per signa vel litteras alphabeti. Et idem fiat et servetur de millesimis et inductionibus in instrumentis vel imbreviaturis ponendis, Ad penam centum soldorum pro quolibet et qualibet vice. Cuius pene medietas deveniat in accusatorem.

Quod principalis capi possit et detineri ad instanciam cuiuslibet sui fidejussoris.

xlvi

Item quod dominus potestas vel ejus vicarius teneatur et debeat ad postulationem cujuslibe fidejussoris vel ejus heredum, qui aliquod dampnum passus fuerit pro aliquo cuius fideiussor extitisset vel fuisset illum pro quo fideiussisset, vel ejus heredem capere et capi facere, et tam diu ipsum detinere in fortiam comunitatis riperie ad voluntatem ipsius fidejussoris quam diu ipse fidejussor vel ejus heredes fuerit satisfactus vel conservatus indemnis. Aut de suis bonis sequestrare et insolutum dare ipsi fidejussori vel ejus ereditibus. Et idem servetur et fiat ad petitionem cujuslibet vel ejus heredum qui obbligatus esset pro aliquo, aut se obbligaverit in futurum. Aut qui super se pro alijs accepisset aut accipient in futurum precibus vel mandato alicuius. Vel ad voluntatem ipsius, si dampnum pro eo passus fuerit.

*Quod principalis teneatur fidejussorem de fidejussione ia qua
steterit per annum extrahere.*

xlvii

Item quod quelibet persona teneatur et debeat quemlibet et suos heredes et successores extrahere de omni obligatione in qua stetisset ipse et sui heredes tamquam fidejussor vel quocumque alio modo per annum unum pro ipsa persona vel heredibus seu successoribus ejus. Aut dare bonos et ydoneos fideiussores de conservando indemnies illum vel illos, vel heredes et successores eorum qui taliter intercessissent vel alio modo se obligassent. Et quod quilibet officialis comunitatis riperie a quo fuerit postulatum teneatur et debeat illum pro quo facta fuerit talis fideiussio seu intercessio compellere ad observantiam predictorum omnibus juris remedij quod statutum non habeat locum in fidejussoribus tutorum curatorum vel aliorum officialium quorum officium extenderetur in perpetuum, vel ad certum tempus durante eorum officio.

De modo procedendi contra contumaces vivos.

xlviii

Item statutum est quod illi qui perisserint se banniri sub domino potestate comunitatis riperie vel eius vicario solum de decem soldis voce preconia, vel etiam qui steterint contumaces per unum diem, Eo quia prohibeant respondere de iure creditoribus suis coram domino potestate vel eius officiale. Vel qui receperit preceptum de aliquo de predictis. Ad quindecim dies solvendi creditoribus suis, et non attenderint, possint et valeant realiter conveniri. Ad instanciam creditoris tamquam si recipissent bannum in consilio generali comunitatis riperie. Et intelligatur tam de personis singolaribus de comunitibus quam de divisis, qui et que preisserint se banniri sub dictis domino protestate vel ejus officiale: vel qui et que steterint contumaces per unum diem ut supra coram dicto domino potestate velullo eius judice vel officiale.

Quod mulier pro debito detineri non possit. xlviij

Item quod mulier pro debito capi nec detineri possit personaliter nec pro debito in carceribus ponи. Salvo jure procedendi contra eam in bonis ipsius ad voluntatem creditoris.

Qualiter citari et requiri debeant terra ed universitates riperie. 1

Item quod si quis conqueri voluerit de aliqua terra vel universitate comunitatis riperie, coram domino potestate vel eius judice, quod talis terra seu universitas vel homines dicte terre vel universitatis citari et requiri debeant per ministram comunitatis riperie publice et alta voce in platea dicte talis terre seu universitatis quod infra sextam diem a die requisitionis computandam, comparere debeant per legitimum sindicuм coram officiale coram quo fuerint requisiti ad respondendum de jure conquerenti de eis. Et talis citatio sive requisitio pro legitima habeatur. Salvo quod si ministralis inventiret in dicta terra vel universitate consules vel massarium vel vicarium quod alterum ipsarum nomine dicti communis et universitatis citare et requirere possit ut infra dictum terminum debeat legitime comparere. Et quod de inventione dictorum officialium vel non inventione credatur et stetur relationi ministralis. Et quod dominus potestas et eius officialis et comunitatis riperie procedunt in faciendo quod terre comunitatis riperie que citate et requisite fuerint secundum modum et formam suprascriptam, et non venerint ad mandata ipsius et suorum officialium, et comunitatis pro rationibus faciendis suis creditoribus capiantur et detineantur realiter et personaliter ad voluntatem creditorum. Videlicet singulares persone dictarum terrarum et universitatum. Et nichilominus procedatur in bonis dictarum terrarum universitatum et singolarum personarum eorundem ad voluntatem creditorum. Salvo semper quod procurator vel sindicus alicuius universitatis vel singularis persone detineri non possit nec compelli ad solutionem pro universitatibus vel dominis, nisi fuerint vicini vel terrerij illarum terrarum.

Quod persona recusans solvere expensas litis possit detineri. li

Item quod si plures persone ad invicem litigaverint. Et una earum recusaverit solvere debitas expensas litis, et altera solverit pro recusante quod persona recusans possit et debeat detineri ad postulationem solventis pro ea et in suis bonis procedi quam diu satisficerit de expensis predictis non obstante aliquo modo rationum facto vel fiendo. Salvo quod procuratores non possint neque debeat detineri nec alias processus fieri contra eos predictis de causis. Et contra illos quorum sunt procuratores.

Quo modo successiones deferantur. lii

Item quod masculo vel feminine morienti in pupillari etate vel morienti in puberitate et maiori etate intestato vel intestate sine liberis succedat pater in totum. Et non extante patre, succedant communiter avus paternus et frater vel fratres et filij masculi vel filius masculus fratris premortui. Vel fratum premortuorum ex linea paterna tantum. Et si non extaret avus ex linea paterna. Et extarent dicti frater vel fratres vel filij seu filius masculi vel masculus fratris vel fratum premortuorum ex linea paterna tunc succedant in totum ipsi frater vel fratres et filij vel filius fratris premortui vel fratrum premortuorum. Et quilibet vel alter eorum tunc extantes vel extans. Que successio dividatur inter eos si plures fuerint, per stirpem et non per capita. Si vero non extarent dicti fratres vel frater nec dicti filii vel filius fratris premortui vel fratum premortuorum. Et extaret avus paternus tunc succedat in totum dictus avus. Et in predictis casibus et quolibet eorum excludantur mater et soror nec non pro avus. Non extantibus vero avo paterno nec aliquibus fratribus nec fratre neque filio vel filiis fratris premortui vel fratum premortuorum ut predictum est. Et extarent pro avus ex linea paterna, et patrui vel patruus tunc succedant dicti pro avus et patrui vel patruus in dimidia. Et ipsis non extantibus succedat patruus magnus seu patrui magni. Et mater et sorores vel soror ex linea paterna in reliqua dimidia. Que successio

si plures fuerint dividatur ut supra. Si autem non extarent pro avus paternus nec patruus neque patrui ut predictum est tunc succedant mater in tertia parte. Et sorores vel soror ex linea paterna in una alia tertia parte. Et consanguinei germani vel consanguineus germanus masculi ex linea predicta in reliqua tercia. Que successio si plures fuerint dividatur ut supra. Si vero non extarent dicte sorores vel soror nec dicti consanguinei germani vel consanguineus germanus ut supra tunc succedat mater in solidum. Et non extante matre succedant dicte sorores vel soror in una parte. Et filie vel filia descendente per fratres premortuos ex linea predicta. Et consanguinei germani vel consanguineus germanus masculi vel masculus ex linea predicta in una alia parte. Et descendentes filiis vel filius ex sorore vel sororibus premortuis ex linea predicta in reliqua parte. Que successio si plures fuerint inter eos dividatur ut supra, deficiente vero aliquo ex predictis casibus s. sorore vel sororibus, filia vel filiabus fratris premortui seu fratribus premortuorum consanguineis germanis, seu consanguineo germano ac filiis vel filio sororis premortue vel sororum premortuarum ex linea predicta. Tunc succedant alii gradus superstites ex eis. Et uno solo ex dictis quatuor gradibus extante. Reliquis deficientibus succedat ille solus gradus in solidum. Et predictis omnibus gradibus deficientibus, si extarent aliq[ue] filie vel filia dictarum sororum vel sororis premortue vel premortuarum ex linea predicta. Tunc succedant in totum ipse filie vel filia. Illis autem etiam non extantibus, si extarent ali[us] attinentes ex linea materna in aliquo dictorum gradu. Tunc ex ipsis attinentibus proximiores et subsequenter et gradatim ut supra succedant. In aliis vero casibus in hoc statuto non comprehensis succedatur et fiat secundum formam juris communis. Et predicta locum habeant a publicatione presentium statutorum in antea.

De successione ascendentium.

liii

Item statutum est quod quelibet hereditas et successio ascendentium et quelibet alia lucra ex dote provenientia deferantur masculis quibuscumque per ordinem legittime descendentibus per lineam ma-

sculinam ab illa persona de cuius successione vel hereditate agitur Exclusis semper feminis a predictis et quolibet predictorum. Si dotate fuerint semel vel parati sint dotare et eas dotent secundum facultates arbitrio boni viri. Et hoc si se voluerint maritare et dotari. Si vero se maritare voluerint, tunc teneantur et debeant dare ipsis mulieribus requirentibus, quando erunt habiles ad maritandum tantum quantum eis contingerit modo et forma predictis et eis dare deberent si maritarentur.

*Quod beneficium divi adriani habeat locum in successionibus
ab intestato.*

livi

Item consuevit servari quod beneficium divi adriani editi et ipsum edictum locum habeat etiam in succedentibus ab intestato.

Quod vir succedat uxori decedenti.

lv

Item quod vir succedat uxori decedenti sine liberis ex ea descendenteribus in medietate dotis. In reliquo vero medietate si decesserit intestata succedat proximior masculus. Et si plures fuerint in eodem gradu dividatur inter eos. Ita tamen quod proximiores ex linea paterna semper aliis preferantur. Et hoc statutum locum habeat de cetero.

Quod donationes et quarte de cetero exigi non possint.

lvi

Item quod mulieres non lucentur, nec exigere possint donationes propter nuptias, sive quartam in bonis maritorum, vel heredium eorum. Et contractus inde facti in ea parte non valeant nec teneant ipso jure. Quod si transiverint ad secunda vota, seu se nupserint infra annum a die mortis mariti non possint in bonis dicti condam sui mariti aut ab heredibus eius exigere nisi medietatem dictae sue dotis. Reliquam vero medietatem lucentur dicti heredes olim dicti sui mariti. Et hoc statutum locum habeat in mulieribus que supravixerint maritos a publicatione eius in antea.

*Quod conquerentes de aliqua persona et non comparentes
in termino condempnentur.*

lvii

Item quod quelibet persona que conquesta fuerint de aliqua persona aliqua de causa, et non comparuerit persona conquerens in termino citationis vel precepti per se vel per procuratorem, teneatur in continenti reficere dampna et expensas quas personas citata comune collegium vel universitas substinuerit vel passa fuerit. Et ultra solvat soldos decem planet pro banno sive aliqua condempnatione fienda pro quolibet et qualibet vice. Medietas cuius sit camere communitatis riperie et alia medietas sit persone citate de qua citatione constet per scripturam in acti officii vel per instrumentum vel per relationem ministralis. Et hoc si persona citata vel eius procurator tunc comparuerit et perseveraverit.

De confessionibus partium reducendis in scriptis.

lviii

Item quod confessiones partium in iudicio facte reducantur in scriptis altera parte hoc postulante.

Quod non fiat ratio de contractibus usurariis, nec de usuris. lviiii

Item quod non fiat ratio de contractibus usurariis vel in fraudem usurarum factis ultra veram sortem, nec de aliquibus usuris.

Quod intromissiones tantum durent per annum.

lx

Item quod omnes intromissiones facte et fiende valeant et durent tantum per annum unum nisi super his lix constetaretur, vel mota fuerit per citationem factam infra dictum annum. Et elapso anno lite non mota ut supra non valeat ac si facta non fuisset.

*Quod non detur posessio vel fiat designatio terminationis nisi citatis
posessoribus et confinantibus ad terminationem.*

lxi

Item quod non detur aliqua posessio ex parte alicuius officialis communitatis riperie alicui persone vel universitati nisi prius citato

possessore legittime. Et quod aliqua designatio terminationis terrarum vel aliquorum bonorum immobilium aliqui non fiat nisi prius citatis posessoribus et confinantibus. Et si aliter factum fuerit in aliquo casuum predictorum non valeat ipso iure.

Quomodo designamenta fieri debeant.

lxii

Item quod aliqua persona habens aliquod documentum designamenti vel exemptionis vel alicuius alterius tituli de possessionibus factis drichtis honoribus vel jurisdictionibus in aliqua terrarum comunitatis riperie quas et que dicat ad se pertinere. Et voluerit sibi designamentum fieri per comune illud in cuius territorio dicat esse dictas possessiones decimas facta honores vel jurisdictiones teneatur et debeat illud tale comune designari facere in scriptis per bonos homines et legales terre sue videlicet quinque ad minus speciali sacramento compellendos possessiones ipsas decimas facta honores et jurisdictiones de quibus mentio fieret in documento predicto. Et de ipso designamento facere fieri pubblicum instrumentum producendum coram officiale a quo littore designamenti fiendi fuerint impetrare. Et predicta omnia et singula teneantur complevisse dicta comunia infra decem dies ex quo hujusmodi littore fuerint impetrare. Et si aliquod istorum communium contempserit vel non fecerit designamentum huiusmodi facere fieri et compleri. Et de ipso designamento facere publicum instrumentum ut ipsum produci facere ut dictum est. Teneatur et debeat ipsum tale comune de dictis possessionibus factis drichtis honoribus et jurisdictionibus dicte persone petenti designamentum fieri perpetuo respondere et plene satisfacere, tanquam veri coloni laboratores seu manenti ordinati et debiti tenerentur. donec predictum designamentum et alia que superius scripta sunt ad impleverint. Eodem modo teneantur et debeant comunia comunitatis predicte designamenta facere fieri cuilibet petenti, etiam si non posset ostendere aliquod documentum in scriptis. Et si ipsa designamenta facere recusarent vel minus bene fecissent, Teneatur et debeant officiales comunitatis riperie a quibus littore designamenti fiendi fuerint impetrare absque aliquibus expensis

petendis inquirere ad postulationem ipsius petentis omni modo et via quibus bona petita decime posessiones et res possunt melius inveniri. Et si reciperetur dolum vel fraudem esse comissum pro comune illius terre in qua ipsa bona decime posessione et res dicerentur esse vel aliquam personam habitantem in dicta terra, tale comune seu singularis persona teneatur et puniatur in duplum applicando petenti designamentum, et ultra comune in libr. quinquaginta planet. Et singularis persona in libris viginti planet. Et plus et minus arbitrio domini potestatis et vicarii attenta qualitate facti.

*Quod ex omni contractu alterius nomine celebrato
actio acquiratur.*

lxiii

Item quod ex omni contractu et promissione inito et facto vel recepto nomine alterius actio acquiratur et acquisita esse intelligatur illi vel illis quorum vel cuius nomine contractus seu promissio factus vel facta esset ipso jure et facto sine alia ratihabitione, ac si promissio et obbligatio esset facta illi vel illis quorum vel cuius nomine contractus vel promissio factus vel facta fuisset seu recepta est. Etiam sine aliqua cessione actionum nisi de contraria voluntate eius cui acquiritur appareat evidenter. Et hoc locum habeat in preteritis presentibus et futuris.

Qualiter jurium cessiones fieri debeant.

lxiv

Item quod casse et irrite sint rationes et actiones et ipsarum cessiones de cetero fiende contra comunitatis riperie aut contra aliquam personam singularum comune Collegium vel Universitatem riperie. Exceptis cessionibus quas creditores faciunt ex necessitate Juris et quas debitores dederint insolutum creditoribus suis, de vero et liquido debito per publicum instrumentum vel per confessionem ab eo factam contra quem cessio facta fuerint, usque ad quantitatem in qua cedens suo creditori tenetur. Et quod factis dictis cessionibus, Instrumenta de quibus fit cessio interlineentur per notarium qui instrumentum cessionis rogaverit. Vel per notarium cui comisse fuerint

breviario principalis notarij propter mortem eius. Et cessio aliter facta non valeat, Etiam omnimo sit nulla. Exceptis cessionibus quas venditores prediorum faciunt emporibus. Vel donantes suis donatariis. Vel alienantes aliis acquisitoribus.

*Quod nullus possit acquirire regressum contra
comunitatem riperie.*

lxv

Item quod aliquis comunitatis riperie non possit acquirire Jura actiones vel regressum contra comunitatem riperie vel contra aliquam terram vel comuae cumunitatis predicte et collegium vel universitatem vel singularem personam ecclesiasticam vel secularem comunitatis riperie ab aliquo vel ab aliqua persona qui vel que non sit comunitatis riperie. Et quod etiam aliquod comune collegium vel universitas aut singulares personas dicte comunitatis non possit de cetero contra aliquem eius debitorem nec eius heredes neque bona aliqui persone que non sit de dicta comunitate cedere aliqua Jura nec actiones. Et si contrafactum fuerint non valeat ipso Jure.

*Quod Instrumenta debitis principalis factis cessionibus
interlineentur.*

lxvi

Item quod si insolutum alicuius debiti dentur vel fiant cessions interlineari debeant carte principalis debiti: et scribatur in illis sicut illa cessio data est ne gemina solutio peti: vel exigi possit de ipso debito. Et propter illam interlineaturam non detrahatur fides instrumento et aliter exatio fieri non possit.

De Instrumento debiti soluti restituendo.

lxvii

Item quod quilibet potestas et quilibet jude~~x~~ et officialis comunitatis Riperie teneatur et debeat complere quem libet creditore restituere debitori suo quod libet instrumentum debiti sortem cuius cum expensis cognoverit esse solutum. Si tamen creditor voluerit debitor teneatur expensis creditor facere sibi cartam qualiter sibi restitutum fuit Instrumentum crediti incisum pro illa quantitate pecunie quam receperit.

*De dando partem pater filio possit in omnibus cedere**actiones*

lxviii

Item quod pater, avus et proavus dando partem filio vel filie vel suis descendenubus emancipatis dando etiam nomina debitorum possit predictis vel alicui predictorum in omnibus cedere actiones contra debitores quos eis in partem dederit. Et et quod heredes et socij ad invicem possint tempore divisionis cedere jura et actiones.

De donationibus inter vivos.

lxviii

Item quod donationes inter vivos de cetero fiende non valeant ibso Iure a decem libris planetorum supra nisi fuerint facte coram domino potestate seu rectore comunitatis riperie de quibus fiat publicum instrumentum per bonum ed idoneum notarium in presentia quinque testium bone opinionis.

Quod alienantes rem tradere teneantur.

lxx

Item quod alienantes et heredes eorum teneantur precise ad rem alienatam tradendam si habent facultatem rei tradende. Et hoc intelligatur si in ipsa alienatione non est deceptio ultra dimidiam Justi precij.

De donatores et Jura cedentes non possint testificari.

lxxi

Item quod si aliqua persona de cetero fecerit donationem vel alienationem alicui persone communi collegio vel universitat vel in aliquam personam commune collegium vel universitate de aliqua re jure honore vel jurisdictione. Quod dicta persona donans vel alienans vel filij vel uxor vel maritus ejus non possint nec debeant testificari nec testimonium prohibere pro persona cui facta fuerit donatio vel alienatio nec pro habentibus causam ab ecc. In causa que de cetero moveretur, vel esset vel verteretur pro dicta re honore vel jurisdictione donata vel alienata vel donato vel alienato vel occaxione dictarum rerum jurium honorum vel jurisdictionum donatorum vel donatarum vel alienatorum vel alienatarum.

Quod jus reddatur forensibus.

lxxii

Item quod cuilibet persone forensi reddatur et redi debeat et fiat et fieri debeat in mercatis manualibus et mercatoribus jus sommarium et deplano sine strepita et figura judicij. Et quam citius esse potest ne fatigetur laboribus et expensis per dominum potestatem et jurisdictione dummodo non sint rebelles magnifici domini nostri et comunitatis riperie. Ipsi forensibus satisdantibus de reficiendo expensas si succumberent in causa.

*Quod filius familias obligari non possit
sine consensu paterno.*

lxxiii

Item statutum est Senatum (*sic*) consultum Macedonianum eiusque interpretationem servari debere in quibuscumque contractibus filiorum familias tam mutui mercati depositi, quam in omnibus alijs quibuscumque contractibus in quibus ipsi filii familias reperirentur esse. Aut essente realiter vel personaliter fideiussorio nomine vel aliter obligati vel aliquid vendidisse donasse vel alienasse vel pigneri obligasse sine consensu patris vel avi nisi in his casibus in quibus paterna pietas non recusaret. Exceptis hijs filijs qui habitant seorsum a patre vel avo, vel qui ministrant vel qui negotiantur pubblice tamquam patres familias qui se obligare possint non obstante quod ipsi filii familias contrahentes confiteantur se emancipatos esse. Vel stare vel habitare seorsum a patre vel avo in concordia patris vel avi. Et si quid in contrarium esset factum vel fieret non valeat nec teneat ipso jure.

*Quod universitates compellantur habere consules
vel officiales.*

lxxiv

Item quod dominus potestas teneatur compellere omnes universitates comunitatis riperie habere consules vel officiales qui pro ipsis communibus et universitatibus comunitati riperie debeant rendere. Et quelibet persona habitans in aliqua terra comunitatis riperie et substantiens honera

et factiones cum ea teneatur et debeat ad petitionem cuiuslibet creditoris vel officialis domini potestatis riperie recipere et tenere in sua fortia et virtute Intromissiones fiendas de bonis vicinorum suorum et eas producere infra terminum sibi assignandum ex parte domini potestatis vel eius vicarij ad instanciam creditoris debitorum. Et de ipsis bonis facere solutionem, et respondere sicuti esset consul dicte terre. Sub pena Judicis arbitrio afferenda.

Quod onera et factiones terrarum comunitatis riperie compartiantur per testas et extima. lxxv

Item consuevit servari quod onera et factiones Imninentes et imminentia communibus comunitatis riperie. Compartiantur inter homines ipsarum villarum per capita seu testas dictarum villarum et comumium, et extima seu valimenta personarum ipsarum. Ita videlicet quod solvatur tercia pars per testas. Et relique due partes solvantur per avere secundum extimum bonorum virorum.

Quod consules terrarum comunitatis riperie onera a vicinis suis exigere possint. lxxvi

Item quod consules terrarum comunitatis riperie possint et valent dathias et onera imposita exigere a suis vicinijs et de eis conquerri, et contra eos agere nullo sindico requisito quamvis vicinus alleget se nobilem. Et victus ab eis in expensis debeat condempnari.

Quod non fiat ratio de penis conventionalibus. lxxvii

Item quod non fiat ratio de aliquibus penis conventionalibus. Exceptis penis appositis in instrumento pacis in instrumentis livelorum, et in instrumentis quarumcumque locationum. Et penis appositis inter dominos et colonos partiarios vel emphiteotos. Et penis appositis in compromissis.

*De Instrumentis facientibus mentionem de Instrumentis
sindicatum.*

lxxviii

Item quod omnia Instrumenta facta in communitate riperie mentionem patientia de aliquo seu aliquibus instrumentis syndicatum pro-
curationum et actoriarum plenam obtineant firmitatem eo videlicet
nimine obviante quod dicta Instrumenta exiberi non possint.

*De questionibus a centum soldis planetorum infra diffiniendis
absque litis contestationes.*

lxxviiii

Item quod dominus potestas eiusque officiales possint et debeant
a se ipsis absque litis contestationes summarie diffinire et terminare
omnes lites questiones et causas quantitatis centum soldorum plane-
torum Et ab inde infra. A quibus sententiis nec appellari nec sup-
plicari possit.

*Quod intelligatur esse factum preceptum si contineatur in aliquo
consilio vel sententia quod fieri debeat.*

lxxx

Item quod si in aliquo consilio vel sententia contineatur quod
fiat preceptum alicui ad certum terminum. Vel quod detur terminus
alicui quod illud preceptum intelligatur factum. Et ille terminus da-
tus post aperturam et pronuntiationem ipsius sententie vel consilij
sive presens sive absens fuerit tempore pronuntiationis ipsius sententie
vel consilij. Ille cui secundum formam sententie vel consilij prece-
ptum fieri deberet seu terminus assignari.

*Quod plures possint petere et a pluribus peti possit
in eadem petitione.*

lxxxi

Item quod plures persone possint petere et a pluribus peti possit
in uno et eodem libello, non obstante quod petatur dividi petitio sive
libellus. Ita tamen quod de dicto libello fiat copia cuiuslibet persone.
Si eam petierit expensis libellum porrigentis.

De copia Instrumentorum fienda.

lxxxii

Item quod producens de cetero Instrumentum in causis sufficiat si per exempla eorum parti contra quam producit copiam fecirit expensis ipsius petentis sine die mense et millesimo cum subscriptione tamen notarij et appositione testum. Que exempla cum principalibus debeant ascultari. Salvo quoā si pars contra quam producerentur Instrumenta predicta, suspicaretur ipsa instrumenta esse falsa. Vel redargueret vellet quod tunc plena debeat fieri copia parte suspicante jurante quod non animo caluniandi copiam ipsorum Instrumentorum principalum petit. Salvo semper in quolibet casu de judicibus de medio de ipsis principalibus Instrumentatis copia fieri debeat, ne in causis veritas obumbretur. Salvo etiam quod Instrumenta sindicatum pro curationum tutelarum curationum et actoriarum dari debeant partibus ad consullendum si requisita fuerint expensis tamen petentis per exemplum.

Quod aliqua consuetudo que non sit descripta in presenti volumine statutorum de cetero non servetur.

lxxxiii

Item quod aliqua consuetudo que non sit descripta in presenti volumine statutorum de cetero non debeat observari, nec pro consuetudine habeatur, nisi illa consuetudo esset antiquata et servata tanto tempore quod in contrarium memoria non existat.

De Instrumentis producendis.

lxxxiiii

Item quod quilibet qui producet in causa Instrumentum, debeat illud Instrumentum totum per exemplum exhiberi sapienti partis adverse tempore disputationum. Et quod compellantur omnes habentes Instrumenta breviarias jura vel acta que prosint alicui litigatori, secum non litiganti producere ea coram judice. Ut de eis possit ostendere rationem suam.

*Quod successor in officio causas pendentes
terminare possit.*

lxxxv

Item quod omnes causas agitas sub officialibus predecessoribus et non terminatas ab eis succedentes loco eorum diffinire possint.

*Quod omnes termini dierum dati ad probandum
sint dies utiles.*

lxxxvi

Item servetur quod omnes termini aliquorum dierum dati per domin. potestatem vel officialem comunitatis riperie alicui ad probandum. Sint et Intelligentur dies utiles et juridici in quibuscumque causis, etiam excedentibus quantitatem soldorum centum planet nisi aliter de voluntate partium fuerit expressum vel nisi expresse petitus fuerit libellus per reum. Et quod dies termini non computetur in termino. Quodque si dies ultima termini inciderit in diem feriatam sequens dies non feriata succedat loco termini. Et idem servetur in citationibus de cetero fiendis.

Quod credatur subscriptoribus notariorum officialium. lxxxvii

Item consuevit servari quod credatur subscriptionibus notariorum officialium ac si ipsi notarij totam scripturam fecissent.

*Quod termini dati ad probandum habeantur loco litis
contestate.*

lxxxviii

Item consuevit servari quod termini qui dantur ad probandum partibus habeantur loco litis contestate.

*Quod plus petens quam sibi debetur non puniatur
pena legali.*

lxxxviii

Item consuevit servari quod si aliquis plus petat in judicio quam sibi debetur non puniatur pena legali sed condempnetur in expensis et dampnis arbitrio boni viri declarandis, infra terciam diem a die declarationis infra alios tres dies reficiendis dampnum passo.

De interrogationibus testibus fiendis.

lxxxx

Item quod Interrogationes que fient de cetero testibus producendis per litigantes fiant per hunc modum videlicet tantum sex super quolibet capitulo prout placuerit facienti sive fieri facienti dum tamen fuerint legittime et pertinentes et per Judicem legitimate. Ita tamen quod interrogatio de loco et tempore intelligatur una. Et ultra sex nulla fiat. Et si fiat non proposit interroganti nec noceat producenti testes. Salvis Interrogationibus que tangunt personam testis que fiant in fine omnium capitulorum. Et que sint quatuor tantum. Hoc addito quod aliqua capitula non possint plura membra continere. Et si continerent quod super quolibet membro possint fieri sex Interrogationes ut supra scriptum est.

Quod non negetur filiatio.

lxxxxi

Item quod quicumque negaverit filiationem paternitatem notarium mortem aliquem fuisse ascendentem vel descendantem, vel quid simile in aliqua causa et probatum fuerit cadat ab actione sua si fuerit actor. Et si fuerit reus amittat causam nisi ante depositionem alicuius testis confessus fuerit relevando adversarium suum ab onore probandi et ultra in quolibet dictorum casuum condempnetur per judicentem in libris quinquaginta planetor. Cuius condemnationis medietas sit partis cui negatum fuerit. Et reliqua communitatis dicte riperie. Et quicumque Interrogatus fuerit de predictis. In quacumque parte litis teneatur respondere affirmando vel negando ea die vel sequenti qua fuerit Interrogatus. Alioquin habeatur pro confessu et intelligatur actionem proposuisse quantum est ad presens statutum. Ad hoc ut intelligatur vel cecidisse ab actione vel amisisse causam si libellus fuerit in actis scriptus.

Quod nullus teneatur eligere actionem.

lxxxxii

Item servetur quod nullus teneatur eligere actionem quantumcumque plures sibi competant pro eadem re facto vel quantitate,

Quod procuratores tantum per triennium durent. lxxxiii

Item quod procuratores tantum per triennium durent et non ultra nisi de novo constituantur. Et nisi expresse constituti fuerint ad maius tempus. Et nisi ille qui constituisset procuratorem esset absens extra districtum communis riperie tunc etiam durent. Etiam si non fuerint constituti ad maius tempus. Et nisi lix fuerit cepta per procuratorem intra triennium, cuius processus et terminatio extendatur post triennium, quo casu domino non contradicente illam proseguire possit et finire. Et quod procuratores non teneantur se personaliter nec realiter obligare.

De decimis. lxxxiv

Item consuevit servari non fieri rationem petentibus decimas reddituum dominorum nisi decimatores de decima illorum reddituum sint in possessione vel fuerint a quadraginta annis citra continuis.

Quod nullus decimam accipiat sua auctoritate. lxxxv

Item quod aliqua persona non audeat nec presumat sua auctoritate accipere decimam aliquam in comunitate riperie nisi in presentia et eum voluntate dominorum vel possessorum ad penam viginti quinque librarum planetorum medietas cuius pene sit camere comunitatis riperie et alia medietas sit domini vel possessoris.

*Quod nisi fiat mentio de qua moneta intelligatur
de planetis.* lxxxvi

Item quod ubi in Instrumentis contractibus et in alijs scripturis fit mentio de pecunia et non additiatur seu contineatur de qua moneta semper intelligatur de planetis.

Quod judex secularis potest cognoscere de lite vertente

super petitione decimarum.

Ixxxxvii

Item consuevit servari quod judex secularis potest cognoscere de lite vertente super petitione decimarum seu fructuum earum et quantitatum.

Quod laici possint possidere vel quasi Jus

perceptionis decime.

lxxxxviii

Item consuevit servari quod layci possint possidere vel quasi jus perceptionis decime si habent causam ab ecclesia vel ab habitibus causam ab ecclesia. Et quod Institutus vel Investitus vel feudatus de decima possit alium Investire vel Infeudare sine consensu dominorum.

De terris laborandis per communia que per malitiam

alicuius nequeunt laborari.

lxxxxviiii

Item quod ubi quis per potentiam vel malitiam alicuius non Invenit qui laboret terram suam consueverunt et teneantur officiales dictae comunitatis cogere comune illius terre in cuius territorio esset eam laborari facere et dare redditum domino secundum quod convenit terre.

De renuntiationibus fideiussorum et correorum.

c

Item quod si renuntiatum est per fideiussores vel correos debendi statutis comunitatis riperie, intelligatur renunciatum esse nove constitutioni de duobus reis debendi.

Quod obligatio uxoris facta unaa cum viro habeatur

pro renuntiatione.

ci

Item consuevit servari quod ubi vir et uxor se se in Instrumento crediti tamquam rei debenti obligatio quod uxor non teneatur. Sed obligatio uxoris habeat vim renuntiationis ypotecharum.

*Quod designationa Intromissiones et similia possint
fieri diebus festivis.*

cii

Item quod Intromissiones, designationa citationes, exclamaciones dationes posessionum et presentationes litterarum et similia, consueverunt posse fieri et fieri possint diebus festivis, et alijs diebus interdictis. Exceptis diebus nativitatis et resurrectionis domini nostri Yeshu Xripsti (Yesu Christi) et diebus dominicalibus, ac festis beate Marie virginis. Maxime in vallis communitatis riperie cum melius inveniantur homines in dictis villis diebus festivis quam in alijs diebus. Et dictis diebus prohibitis facte non valeant.

*Quod rogatus restituere hereditatem in morte detrahatur
quartam propter filios.*

ciii

Item quod rogatus restituere hereditatem in ultima voluntate detrahatur solummodo unicam quartam, que aucta est in liberis, secundum munerum liberorum.

De persona que agit ut asscendens vel desscendens vel collateralis. ciiii

Item consuevit servari quod si aliqua persona agit vel defiendit ut asscendens vel desscendens vel collateralis usque ad quartum gradum presumatur et habeatur pro asscendente vel desscendente vel collaterali. Si sederit in animo Judicis de medio, vel judicantis per instrumenta vel quia sit ei notarium, vel alio modo sedeat in eius animo.

*Quod banniti de spezabando et alijs Instrumentis de causis
non intelligantur banniti.*

cv

Item consuevit servari quod banniti vel condempnati de spezabanno seu occaxione victualium vel de eundo de nocte, vel de ludo bisclacie, vel causa inobedientie vel contumacie que non sit occaxione alicuius maleficij comissi per Jnobedientiam vel contumatiam non intelligatur bannum vel condempnatio de maleficio, licet dicatur in ipso banno vel condempnatione quod sit de maleficio.

Quod bannitus de carceribus relaxatus Intelligatur remissum. cvi

Item consuevit servari quod si quis bannitus vel condemnatus relaxatus fuerit per comunitatem riperie in honorem dei vel aliter de carceribus dicte comunitatis, aut aliter remissum fuerit et bannum vel condemnatio, Intelligatur etiam remissum esse delictum pro quo bannitus vel condemnatus erat. Et si quis voluerit bannum sibi datum seu condemnationem occaxione delicti solvere amplius contra eum non precedatur occaxione dicti delicti. Et quod detenti in carceribus etiam non banniti vel condemnati aliqua de causa. Si relaxati fuerint ut supra intelligantur esse absoluti ab ea causa pro qua detenti erant si relaxati fuerint in honorem dei.

Quod de usuris repetendis fiat ratio sub Judice seculari. cvii

Item consuevit servari quod de usuris repetendis que legantur vel permittuntur restitui vel aliter petuntur fiat ratio sub Judice seculari partibus consentientibus vel altera tantum.

Quod Judex secularis possit cognoscere incidenter super qualibet questione. cviii

Item consuevit servari quod Judex secularis potest cognoscere et cognoscit incidenter, seu in modum exceptionis de qualibet questione etiam si aliter cognoscere non possit principaliter.

De Ferrijs. cviii

Item quod in instrumentis temporibus judiciorum strepitus conquiescat. Videlicet die septimo ante nativitatem domini et deinde usque ad octavam anni novi, omnibus diebus dominicalibus, omnibus festivitatibus et vigilijs. Beate marie virginis. Videlicet de mense februarij de mense martij et de mense augusti et per tres dies ante dictum festum tantum. Et de mense septembribus. Festum resurrectionis domini nostri Yesu Christi cum septem diebus precedentibus et septem sequentibus dictum festum. Festum sanguinis seu corporis Christi.

Asscentionis. Pentecosten, cum duobus diebus sequentibus. Michaelis, beati Johannis baptiste. Et festis principalibus duodecim apostolorum. Et festis omnium et singulorum infrascriptorum sanctorum et sanctarum. Videlicet beatorum Faustini et Jovite. Laurencij Antonij. Urbani. Georgij. Marie Magdalene. Marchi. Bernardi. Petri. Johannis. Benedicti. Omnim sanctorum. Barnabe. Dominici. Francisci. Martini. Xristophori. Nazarij et Celsi. Margherite. Ursule. Katarine. Agnetis. Lucie. Agates. Inventionis et exaltationis sancte crucis. Dierum rogationum sive letaniarum luce evangeliste et apolonij. Decolationis beati Johannis baptiste. Item Infrascriptis diebus et temporibus. Videlicet die carnisprivii cum die precedente et sequente. Et quindecim diebus ad exitum junij. Et totidem ad introitum Julij. Et quindecim diebus ad exitum septembbris. Et totidem ad introitum octobris pro messibus bladorum et vindemia. Et quindecim diebus ad exitum novembri. Et totidem ad introitum decembri pro collectione olivarum. Et quolibet die martis propter merchatum salodj. In quibus omnibus et singulis diebus et temporibus jura intelligentur esse interdicta. In aliis vero diebus et temporibus jura interdicti non possint. Etiam omnes dies intelligentur et sint juridici nec interdici possint nisi de voluntate dom. potestatis et consilij habentis bayliam de reformationibus dicte comunitatis. Salvo etiam quod quotiescumque in alijs diebus Juridicis fiet posta sine propositio in consilio habente bayliam reformandi, quod illa die qua dicta posta seu propositio fiet Intelligentur et sint interdicta jura. Et simili modo quando dom. potestas equitaret in exercitu vel andatam, sint jura interdicta, per tantum tempus quantum steterit ipse dom. potestas extra comunitatem predictam. Salvo etiam quod in ferrijs suprascriptis que non sunt interdicta ad honorem Dei. Judices et officiales dicte comunitatis deputati ad jura civilia reddenda possint et debeant facere et reddere ratione cuiuslibet pertinenti de fictis, dictis. Redditibus decimis alimentis. Merchato manuale. armis, equis et mercede. de quibus oīnibus reddatur et fiat jus summarum et expeditum sine strepitu et figura Judicij. Et intelligatur merchatum manuale de re mobili a quinque libris planet. infra. Et quod supradictis festivitatibus quilibet cessare debeat ab opere servili.

De reformationibus consilij habentis bayliam habeant vim statuti. cx

Item quodlibet reformatio que fiet in consilio communitatis riperie habente bayliam sit derogatoria et abrogatoria omnibus et singulis statutis de quibus spetialis mentio de verbo ad verbum fiet in ea. Et habeat vim statuti aliquo non obstante dummodo sit divulgata et in libro statutorum Infra et facta mentione de statuto cui derogaretur.

Quod mulieres postquam duraverint in matrimonio

per decem annos intelligantur dotate.

cxii

Item quod mulieres que hinc retro maritate fuerint vel matrimonium contraxerint cum aliquo vel contigerit maritari, vel matrimonium contrahere cum aliquo postquam dictum matrimonium duraverit per decem annos et plures. Intelligantur pressumantur et habeantur dotate a patre seu avo vel proavo et fratribus vel ascendentibus masculis per fratres nisi infra dictos decem annos movissent litem vel controversiam vel processum fecissent cum predictis vel aliquo predictorum vel eorum heredibus de dicta dote vel eius occaxione vel successione predictorum vel alicuius eorum ex eo quod non fuissent dotate. Salvo quod propter hoc non possint petere dotem aliquam viris nec heredibus eorum. nisi appareret per Instrumentum vel per aliam probationem legitimam. ipsum vel ipso habuisse dotem vel dotes ab uxore vel ab uxoribus vel alia persona eius vel earum nomine dante.

De recipiendo insolutum res dotatas.

cxiii

Item quod res mobiles et immobiles ac nomina debitorum date et data insolutum ex causa dotis mortuo viro. Teneatur et debeat uxor vel eius heredes. Aut ille cui competit exactio dotis vel donationis vel alimentorum eas et ea recipere insolutum secundum quod valebunt dicte res et nomina debitorum arbitrio bouorum virorum.

De confessionibus factis in absentia adversariorum. cxiii

Item quod confessiones facte a maioribus et compotibus mentis in absentia adversariorum de quibus constat publico Instrumento facto de voluntate confitentis preindicent confitenti et aliter non valeant confessiones facte in absentia adversariorum nisi fuerint facte in presentia et ad instantiam procuratorum vel negotiorum gestorum dictorum absentium et duorum testium fide dignorum.

De gazaris expellendis. cxiii

Item statutum est quod dominus potestas riperie teneatur et debeat vinculo juramenti expellere de comunitate riperie omnes gazaros hereticos et patarinos inimicos fide christiane et contra eos procedere et inviolabiliter observare omnia jura tam civilia quam canonica edita super heretica pravitate. Et maxime constitutionem Federici Imperatoris editam in favorem fidei christiane contra gazaros et hereticos eorumque complices et sequaces.

Quod emancipationes non valeant in prejudicium comunium. cxv

Item quod emancipationes et donationes in partem facte et fiende per patres vel avos qui venerunt vel venient habitare ad districtum comunitatis riperie occaxione habitandi in ipsa comunitate riperie tamquam originarios et in filios vel nepotes seu habiaticos habitantes seu qui habitabunt in terris de quibus separati sunt aut se separabunt patres vel avi eorum non valeant nec teneant in prejudicium comunium et universitatum de quibus divisi essent aut se dividerent in futurum predicti patres vel avi eorum, nec in prejudicium aliorum suorum creditorum. Sed quo ad ipsos creditores Comunia et Universitates inutilles et casse persistant. Et idem intelligatur et servetur e converso si filii et nepotes seu habiatici predicti venissent vel venient habitare ad districtum comunitatis. Et patres vel avi eorum remansissent vel remanebunt in villis et terris unde fuerint oriundi sive in quibus consueti sunt habitare. Et predicta locum habeant et ser-

ventur si dicti patres vel avi dedissent vel dabunt dictis suis filiis vel habiaticis vel nepotibus de possessionibus et potheris quas et que haberent in dictis terris ultra partes eis pertinentes secundum numerum liberorum. Et idem intelligatur servetur et locum habeat in illis qui iherit et ibunt habitare de una terra ad aliam districtus riperie predicte.

Quod fiat copia de Instrumentis debitorum.

cxvi

Item quod eum multi creditores habeant instrumenta penes se de eorum creditis iam solutis seu ad solutionem quorum descripti in eis rationabiliter non tenentur de quibus qui dicerentur prima facie obligati in eis. Si haberent tenorem ipsorum Instrumentorum et haberent testes paratos pro quo docere possent de solutione contentorum in ipsis Instrumentis. Statutum est quod quelibet persona que diceretur seu suspicaretur habere Instrumenta aliqua propter que aliqua persona appareret. Si exiberentur obligata ipsi tali persone que diceretur seu suspicaretur habere huiusmodi talia Instrumenta. Teneatur et debeat illa infra terminum per dominum potestatem seu eius vicarium seu per aliquem alium Judicem dom. potestatis assignandum omnia Instrumenta petita producere in quibus appareret si exiberentur illam personam sic petentem principaliter seu secondario seu aliter obligatum esse. Et ea exhibere et copiam facere ipsi tali persone petenti sibi illa edi. Alioquin ab ipso termino in antea illa talis persona que sic appareret obligata, ab ipsis Instrumentis et contentis in eis ipso jure et facto intelligatur et sit totaliter absoluta et liberata. Salvo quod si illa persona a qua peterentur per aliquam personam aliqua instrumenta sibi edi et exhiberi ut supra juraverit corporaliter tactis scripturis ad sancta dei evangelia se non habere illa nec posse habere nec dolo facere nec fecisse quo minus illa habeat vel habere possit. Et summa ope faciet et curabit omni fraude et negligentia remotis quo illa Instrumenta recuperabit et habebit. Et illa quam citius poterit edere procurabat illi tali persone sic petenti ut supra. Quod tunc non incurrat nec incidat in dampnum vel periculum aliquod sui juris, propter exhibitionem non factam.

De breviariis notariorum concedendis.

cxvii

Item quod dominus potestas seu eius vicarius ad petitionem cuiuslibet cuius interest teneatur et debeat atque possit auctoritate presentis statutis comittere quascumque breviarias unam vel plures factas et imbreviatas per quemcumque notarium mortuum absente vel infirmum cuilibet tabelioni bono et legali comunitatis riperie. Si duo boni et legales tabeliones vel litterati suo sacramento deposuerint tales breviarias vel breviaria fuisse et esse de scripturis illius talis notarij defuncti absentis vel infirmi. Et quod quilibet notarius possit et valeat breviarias suas comittere cuicunque notario bono et legali de comunitate riperie vel districtu in suo testamento, vel in sua ultima voluntate refficiendas et in publicam formam reducendas, per dictum talem notarium cui comisserit. Et insuper quilibet notarius possit et valeat comittere suas breviarias cuilibet notario publico de comunitate riperie vel districtu ad reducendum in publicam formam, dum modo se subscribat et mentionem faciat de comissione predicta. Ita quod quelibet breviario in publica forma reducta per aliquem de predictis modis per inde valeat et teneat ac si reducta fuisse in formam publicam per manum ipsius notarii.

De die loco et testibus distincte ponendis.

cxviii

Item quod quilibet notarius qui reficiet et reducat de alienis breviarijs aliquod instrumentum quod in illo sic refiendo et in publicam formam reducendo possit et valeat ac debeat apponere diem locum et testes quas inveniet in anteriori parte breviariorum non obstante quod in initio breviarii ipsius instrumenti sit reficiendi scriptum sit die loco et testibus suprascriptis vel aliquid de predictis.

Quod notarij non subiecti Jurisdictioni comunitatis riperie non possint instrumenta confidere.

cxviii

Item quod aliqua persona que non sit subiecta Jurisdictioni comunitatis riperie de cetero non audeat nec presumat, possit nec valeat

in aliqua parte comunitatis riperie rogare scribere imbreuiare vel facere aliquam cartanā Instrumentum publicum vel aliquam aliam scripturam publicam. Et si contrafecerit non valeat nec teneat ipso jure et omni fide careat nisi contra illum notarium tantum qui scripserit vel ro-gaverit scripturam predictam. Exceptis notarijs domini nostri etc. Et ipsius officialium et notarijs Jusdicentium in comunitate riperie.

*Quod notarius non oriundus non possit conficere instrumenta
sine unius alterius notarij.*

cxx

Item quod aliquis notarius qui non sit oriundus Comunitatis ri-perie, et qui non habet in comunitate riperie pro maiori parte anni, non possit nec valeat rogare nec conficere Instrumentum aliquod con-tinens a quantitate seu valore soldorum quatraginta planet. supra nisi ordinationi seu rogationi dicti Instrumenti presens fuerit unius alias notarius qui se subscribat in Instrumento predicto et signum suum consuetum apponat. Et aliter factum non valeat nec teneat ipso jure salvo quod predicta non habeant locum in actis nec in sententijs nec in alijs Instrumentis que fierent coram iudicente ad banchum officij. Salvo etiam quod presens capitulum non habeat locum in Instrumentis sindicatus vel procuratorij ad lites et causas, vel presentationis litterarum seu extimorum fiendorum per Comunia comunitatis riperie vel designamentorum, vel tenute, vel posessionis date per officiales cominium terrarum dicte comunitatis. Quodque etiam aliquis notarius de dicta riperie vel ejus districtu, qui sit minor vigintiquinque annis, non possit Imbreuiare rogare vel scribere aliquod Instrumentum ali-cuius manerici. Et si contrafactum fuerit non valeat, nec in tali In-strumento adhibeatur fides.

*Quod aliquis qui non sit oriundus de riperia vel in ea non habitaverit
per deceni annos non gaudeat beneficio terrigendi.*

cxxi

Item quod aliquis non sit oriundus de comunitate riperie vel di-strictu vel qui non habitaverit in ipsa comuniitate riperie vel districtu per deceni annos continuos proxime preteritos et nunc habitat non

gaudeat nec gaudere possit aliquo beneficio terrigenarum comunitatis riperie, nec habeatur nec tractetur pro originario eiusdem comunitatis riperie, nisi venerit Infra annum a die publicationis huius statuti ad habitationem continuam in comunitate riperie cum familia sua. Et edificaverit vel hedificari fecerit hinc ad dictum terminum anni in loco guasto vel vacuo in comunitate riperie unam domum valor librari. quatragesima planet. ad minus. Et nisi substineat continue onera et factiones cum communibus comunitatis riperie. Sicut et quemadmodum alij habitatores comunitatis riperie. Statuto aliquo provisso vel reformatione aliqualiter non obstantibus. Quod quidem statutum non habeat locum in procuratoribus forensibus. Set quilibet esse possit.

*Quod quilibet comunitatis riperie possit tenere famulas et familiam
in terris comunitatis riperie.* cxxii

Item statutum est quod quilibet oriundus et terrigena Comunitatis riperie possit tenere famulos seu familiam in terris ipsius comunitatis riperie. Ita quod ipsi oriundi et eorum familie seu famuli per comunia seu a communibus dicte comunitatis agravari molestari seu impediri non possint aliquo modo, occaxione aliquorum debitorum ipsorum comunium nec occaxione alicuius oneris ipsorum comunium neque bannorum seu condennationum que fierent de dictis communibus aliqua de causa dum tamen famuli non sint orti vel oriundi de terris et communibus predictis. Et non teneantur ad debita ipsorum comunium.

Quod res alicuius communis seu universitatis vendi non possint. cxxiii

Item statutum est quod comunia seu universitates comunitatis riperie obligari non possint nec obligationem aliquam contrahere vel inire cum aliqua persona, Comuni, Collegio, vel universitate. nec etiam vendere pigneri obligare vel modo aliquo alienare, nec ad livellum dare alias res immobiles ipsorum comunium vel universitatum, nisi essent res antiquitus livellarie. Et si de cetero contra factum fuerit, in aliquo casuum predictorum ipso jure et facto irritum sit et cassum et nullius valoris vel momenti.

Qualiter fieri debeat ratio de sociidis. cxxiii

Item quod fiat ratio de sociidis in hunc modum videlicet quod si socium steterit seu duraverit aut durabit per triennium quod tunc fiat ratio domino usque ad duplum capitii seu extimationis ipsius socii. Et usque ad dictam quantitatem Sozavolum intelligatur esse obligatus domino Salvo jure probandi ultra et infra dictam quantitatem domino et sozavolo. Si vero socium duraverit seu durabit ultra triennium usque ad alias tres annos, quod domino fiat ratio de omni eo quod probaverit exivisse seu exire potuisse juste et communiter de dicto sociido dictis temporibus ultra primum triennium. Et a dictis temporibus ultra non fiat ratio domino nisi probaverit vero exivisse ultra quod dictum est de dicto sociido, nec sufficiat in eo casu probare exire potuisse. que probatio nullatenus admittatur.

*Quod in omni relatione ministralis scribatur nomine terre
in qua citatio facta fuerit.*

cxxxv

Item quod in omni relatione que facta fuerit in causa civili vel criminali contineri debeat nomen terre seu loci in qua vel quo citatio facta fuerit. Et aliter ipsa citatio seu relatio non valeat nec teneat. Et quod de hoc credatur relationi dicti ministralis.

De sacramento prestando vel referendo.

cxxxvi

Item quod in qualibet causa civili, in qua a parte parti Jus Jurandum defertur sive ante sive post libellum teneatur pars illa cui defertur sacramentum jurare ad terminum per iudicentem statuendum ad jurandum. Qui terminus non sit minor tribus diebus vel jus jurandum referre dum dictum sacramentum deferatur in facto proprio eius cui defertur et stetur sacramento eius cum desertur in omnibus et per omnia tam super forma sacramenti quam super quibuscumque alijs dependentibus vel facientibus ad negotium de quo queritur et in sacramento fit mentio, quo ad excludendum et deferendum intentionem referentis sacramentum. Et si ille cui delatum est sacramentum

ipsum non prestiterit in dicto termino habeatur ipso jure pro relato ipsi deferenti. Quo casu sufficiat jurare de credulitate per eum cui habetur per relato. Qui deferens sacramentum et cui fuerit relatum vel pro relato habitum ut supra jurare possit super ea forma infra similem terminum quo primus jurare vel referre debebat. Et si juraverit ad dictum terminum stetur eius sacramento tam pro se quam contro se. Et si non juraverit ut supra habeatur illud sacramentum pro non relato et pro non delato. nec possit post hec dari forma sacramenti super his de quibus alias delatum fuerit sacramentum. Et hoc statutum observetur et observari debeat precise per quemlibet iudicentem non obstante statuto de sapientibus dandis nec aliqua alia exceptione vel oppositione.

De Judicibus dandis expensis petentis.

cxxvii

Item quod potestas seu rector qui nunc est et per tempora erit et sui officiales et milites et alij de sua familia et omnes alij et singuli officiales comunitatis riperie qui nunc sunt et per tempora erunt, teneantur et debeat dare sapientem Juris de collegio judicum civitatum et terrarum magnifici dom. nostri cuilibet persone comuni collegio, et universitati que et quod diceret vel sentiret se ab eis vel aliquo eorum gravari de aliquo facto vel negotio. Ad consulendum de dictis facto negotio vel gravamen. Et hoc expensis petentis vel dicentis se gravari. Quem sapientem teneatur et debeat dare ea die qua sibi petitum fuerit. Et postquam fuerit consilium scriptum et productum fuerit, quod produci debeat infra decem dies continuos. Et ex parte ipsius sapientis datum dicto domino potestati vel officiali talis officialis. Teneatur et debeat ipsum facere, et ipsum sequi debeat et pronuntiare infra secundam diem. et illud teneatur et debeat executioni mandare. Et postquam dictus sapiens petitus fuerit nullum fiat gravamen petenti in persona vel rebus. Et hoc sub pena potestati seu rectori centum librarum. Judici et cuilibet de sui familia officium habenti librarum quinquaginta. Et soldorum centum planet. cuilibet alteri officiali comunitatis riperie. Et etiam si secus factum fuerit non valeat.

Salvo quod hoc statutum non habeat locum in casibus in quibus ingeritur pena sanguinis per leges vel per statutum. Et quod predicti domini potestas seu rector judices et milites et alij de sua familia teneantur et debeant precipere notarijs et eos compellere unum et plures qui rogati fuerint facere Instrumentum cuiilibet petenti sibi dari sapientem suis expensis secundum formam huius statuti, quod faciant et dent Instrumentum ea die vel sequenti qua petitus fuerit sapiens, sub dictis penis. Et quod non debeant minari notarijs qui rogati fuerint facere Instrumenta de petitione eis facta de dando sapientem, nec eosdem notarios dicta de causa detinere nec detineri facere sub dictis penis. Et quilibet qui sic petierit sapientem sibi dari suis expensis teneatur deponere salarium Judicis, petiti ad banchum, ea die vel sequenti. Et jurare quod non dolo nec fraude, nec animo calumpniandi, nec litem protelandi aut partem expensis frustandi predicta requirit. Et quod non possit peti consilium sapientis a centum soldor. infra. Alioquin denuntiatio non valeat, et renunciasse videatur ipsi denuntiacioni. Et quod salarium taxetur per partes seu advocatos partium et ceter.

Quod victus victori in expensis legitimis condemnetur. cxxviii

Item quod in qualibet causa civili vel criminali victus victori in expensis legitimis condemnetur Judicis taxatione premissa.

Quod de questionibus vertentibus de laico ad laicum occaxione usurarum episcopus nec aliquis Judex ecclesiasticus se non intromittat. cxxviiii

Item quod de questionibus vertentibus, et que in futurum vertentur de layco ad laycum occaxione usurarum seu contractum usurariorum vel qui dicuntur in fraudem usurarum vel alia qualibet occaxione esset facti, non debeat se intromittere episcopus nec aliquis Judex ecclesiasticus. Sed de ipsis questionibus fiat et fieri debeat jus per dictum potestatem et alios iudicentes in riperia Jurisdictionem exercendes. Et quod de ipsis questionibus vertentibus et que vertentur de layco ad laycum pretextu usurarum seu contractuum usurariorum, vel in

fraude usurarum factorum possint et debeant cognoscere et terminare predicti potestas et Judices seculares ita et quemadmodum cognosceret et terminaret Judex ecclesiasticus. Si questio esset cognoscenda et terminanda per eum. In aliis vero questionibus que vertuntur de layco ad laycum vel in futurum vertentur serventur decreta presati magnifici domini et statuta riperie predicte prout expediet.

Quod prius conveniatur princibalis quam fidejussor. cxxx

Item quod si aliquis vel aliqui de cetero se obligabunt pro aliquo vel aliquibus fideiussorio, vel secundario nomine. Quod principales vel principalis pro quo vel quibus tales fideiussores vel secundarij se obligabunt debeant primo conveniri, et eorum principalium bona diligenter executi debeant per creditorem vel creditores secundum formam statutorum communitatis predicte et in solutionem debiti vel debitorum ipsi creditores recipere debeant de bonis principalis usque ad concurrentem quantitatem ante quam perveniat ad personas vel bona fidejussorum vel secundariorum non obstante aliqua renunciatione fienda tali beneficio in Instrumento obligationis vel extra ipsum Instrumentum.

*Quod super re super qua contestata fuerit lis vel habita pro contestata,
et prosequuta non fuerit ulterius questio moveri non possit.* cxxxi

Item quod si contingat de cetero per aliquam personam causam vel questionem ullam incipi vel moveri coram aliquo Jusdicente dicte riperie contra aliquam personam occaxione alicuius rei vel quantitatis seu juris quam vel quod petat vel requirat ab ipsa alia tali persona. Et super ea causa vel questione lix fit contestata vel habita pro contestata vel illa questio sit vel fuerit in casu quo aliquid sit factum quod pro contestatione habeatur. Et dictam causam vel questionem prosecuta non fuerit usque ad finem quod ulterius per ipsam personam pro ipsa re quantitate vel Jure non possit causa vel questio Incipi vel moveri. Et quod non audiatur nec intelligatur super hoc per aliquem Jusdicentem dicte riperie.

*De modo et ordine servandis super venditione rerum immobilium
libere vendendarum.*

cxxxii

Item statutum est quod si aliqua persona Comune collegium vel universitas de cetero voluerit vendere alicui persone comuni collegio vel universitati comunitatis riperie lacus garde aliqua rem immobilem quam possideat volens gaudere beneficio huius statuti debeat antequam vendat personaliter vel per personam ad hoc speciale mandatum habentem comparere corani domino potestate seu rectore comunitatis riperie vel eius vicario seu eius locumtenentem. Et ibidem in scriptis dare et suo sacramento affirmare quod vult vendere ipsam rem immobilem declarando illam per situm seu locum contratam et chorentias et etiam per numerum plodij seu perticarum vel circa congruis referendo. Et ipsam talem scripturam dimittere notarijs officij dictorum officialium in libro ponendam. Salvo semper ut infra dicetur. Et quod inde ipsa talis persona comune collegium vel universitas, que ut permittitur vendere voluerit, et in scriptis detulerit percuret et faciat cum effectu, quod crida seu proclamatio voce dicti ministralis premissa fiat mandato ipsius domini potestatis seu eius vicarij coram quo comparverit ad dandum infrascriptis ut supra seu eius successoribus vel locumtenentis publice infra octo dies a die dicte comparitionis facte hora juridica. Et ad loca ubi proclamations solent fieri. Et quod si dicta bona vendenda fuerint situata sub jurisdictione de materno quod ipse proclamations fieri debeant in dicta terra de materno. Si autem ipsa bona vendenda fuerint situata in jurisdictione de salo similiter tales proclamations fieri debeant in terra de salodo more et loco solito. Et etiam in contrata illius qui vendere voluerit. Et hec omnia in presentia duorum testium. Et etiam tribus vicibus in una epidemoda diversis diebus. Et alijs tribus vicibus in alia epidemoda sequenti diversis diebus. Et una alia vice in tertia epidemoda in terra in qua seu cuius territorio sunt bona vendenda in publica platea ipsius terre proclamando effectualiter sicut illa talis persona comune collegium vel universitas dedit in scriptis et suo sacramento affirmavit. Coram ipso

potestate seu vicario vel eius successore seu locumtenente se velle vendere ipsam talem rem immobilem. Cum deliberatione premissa de loco contrata coherentibus et numero plodij seu perticarum vel circa. Et quod si qua persona comune collegium vel universitas est volens dicere seu habens, vel habere pretendens jus aliquod in ipsa vel supra ipsa tali re vendenda vel aliqua eius parte debeat infra tres menses post ipsas omnes proclamationes immediate sequentes per se vel alium eius nomine et pro eo coram ipso potestate seu vicario vel eius successore seu locumtenente comparere, et in dictis tribus mensibus in scriptis dare et ostendere ac probatum habuisse ipsum tale jus quod in ipsa aut super ipsa re vel aliqua parte ex ea habet seu pretendit habere dimissis copijs ipsius proclamationis fiende. Una ad librum notariorum dictorum potestatis seu vicarij. Et ad alia ad hostium seu pilastrum domus rationum ipsorum potestatis seu vicarij. Et alia ad plateam contrate venditoris. Et alia ad plateam illius terre in qua seu cuius territorio eruunt bona predicta. Et que cride et earum relationes et impositiones fieri possint qualibet die feriata et non feriata nisi fuerint ferie in honorem dei vel sanctorum eius introducte. Salvo semper ut infra.

Item quod factis proclamationibus antedictis et lapsu eo termino trium merisum. Si qua persona comune collegium aut universitas non comparverit ad dandum in scriptis et ad ostendendum et probandum eius jus quod haberet vel habere pretenderet per se vel alium in aut super re immobile aut aliqua eius parte ut supra, quod eo casu ipsa talis persona comune collegium aut universitas que ut permittitur vendere voluerit su supra possit ipsam talem rem et quamlibet partem ipsius vendere libere et etiam absque eo quod dare teneatur fideiussorem. Et ipsa venditio et emptio possit libere ut supra fieri absque eo quod emptori seu emptoribus vel eius heredibus vel successoribus possit ullo tempore aliquid peti, nec aliqua questio moveri super ipsa tali re, aut eius occaxione per aliquam personam comune collegium et universitatem que habuisset vel pretenderet habuisse aliquod jus

in ea tali re vel aliqua parte ipsius. Et non comparuerit et jus suum in scriptis non dederit et ostenderit ut supra in predicto termino, nec per eorum heredes. scilicet pro aliquo jure quod habuisset vel habuisse pretenderet, ante dictam venditionem fiendam. Immo etiam ipsa talis res taliter vendita eo casu sit et esse intelligatur libera ab omni onere obligationis et hypothecae. et etiam a quacumque persona et personis comuni collegio et universitate. Et irrevocabiliter fiat emptoris seu emptorum. Dum tamen ipsa venditio fiat infra annum post ipsas proclamationes. Ita etiam et eo intellecto quod si qua persona comune collegium vel universitas pretenderet jus acquisivisse vel super ea re vel aliqua parte ipsius ab eo vendenda a die earum proclamationum vel alicuius eorum usque ad diem dicte venditionis fiende quod ipsum tale jus non possit emptori predicto vel eius successoribus obesse per respectum ad ipsam rem venditam modo et forma predictis. Salvo tamen cuilibet jure quod haberet vel habere pretenderet mediate vel immediate tempore ipsius emptionis et etiam ab inde in antea ab emptore seu emptoribus contra ipsum emptorem. Et etiam alia sua bona. Et salvo semper ut infra dicetur.

Si vero intra tempus predictorum ipsorum trium mensium comparuerit aliqua persona una vel plures comune collegium aut universitas suo vel alieno nomine ad dandum inscriptis et ostendum et probaverit jus quod pretenditur habere in aut super ipsa re vendenda vel aliqua parte ipsius ut supra continetur tunc et eo casu venditio predicta fieri possit libere ut permittitur. Salvo quod precium ipsius rei vendende penes aliquem bonum et sufficientem hominem terre in qua habitat seu habitabit dictus dominus potestas per ipsum dominum potestatem seu eius vicarium elligendum deponatur mandato ipsius potestatis seu eius vicarij vel eius successoris. seu locumtenentis. quod precium seu depositum succedat loco rei vendite. et de eo disponitur et fiat inter eos qui comparuerint ut supra prout fieri debuisset de jure de ipsa re vendita. Et quod jurare debeant ipsi venditor et emptor in Instrumento venditionis totam veram quantitatem precii

pro qua res ipsa vendi contingit. Et quod ipsa venditio est bona et vera et non fictitia nec simulata nec in fraudem facta. Et sive emptor emere paratus fuerit sive quod nichilominus per ipsum protestatem vel eius vicarium seu eius successorem vel locumtenentem vel alium commissarium possit et debeat ad Instantiam predictorum omnium qui comparuerunt ut supra et etiam cuiuslibet vendere vel emere volentis, et cuiuslibet cuius intererit et cuiuslibet vel alterius eorum procedi cognosci et terminari summarie et de plano sine strepitu et figura judicij. Et quanto summarius et expeditius poterit. Et appellatione et querela qualibet remota et quolibet die feriato et non feriato. Exceptis ferijs introductis in honorem dei vel sanctorum ejus vel jure cuiuscumque ipsorum qui ut premittitur comparuerint. Et super premissis omnibus taliter et talem finem imponendo quod ipsa venditio possit procedere et effectum sortiri. Et de precio seu deposito predicto responderi et satisfieri possit et debeat illi seu illis quibus de jure debet vel prout declarabitur et terminabitur ut supra. Et in casu quo venditio non fiat quod nichilominus similiter et eodem modo ut supra cognosci et terminari possit et debeat de et super ipsa re seu rebus vendendis ut supra attribuendo cuique jus suum singula singulis congrue reffendo. Ita etiam et taliter quod illi qui non comparuerint ut supra nullum jus habeant nec habere intelligentur ad ipsam talem rem vendendam, neque venditam forma predicta nec ad eius premium. Salvo tamen prout infra dicto capitulo loquente de minoribus et absentibus continetur. Et salvo etiam quod partes seu comparentes predicti possint se ad invicem componere et omnem compositionem et transactionem facere de predictis et eorum occasione ad decisionem expeditionem et declarationem predictorum. Salvo tamen jure cuiilibet creditori comparenti ut supra habendi et possendi habere et emere ipsam talem rem pro maiori precio si voluerit. Quo casu ipse volens vendere cogatur vendere ipsi creditor i volenti emere. Et ita sit ipsa res libera prout supra continetur si ipsa venditio facta fuerit. Et si comparuerint plures creditores emere volentes eo casu detur plus offerenti. Et sit libera ut supra.

Si vero infra ipsos terminos cridarum singula singulis reffерendo comparuerit aliquis per se vel per alium pro eo qui ostenderit quovis modo rem vendendam esse suam, vel sibi pertinere jure dominii vel quasi vel utili. Tunc et eo casu res ipsa non vendatur nec vendi debeat ipso tali comparente invito.

Si vero comparuerit aliquis minor annis viginti vel aliqua persona pro eo vel eius nomine vel pretendens ipsum minorem habere, Jus in ea re pro eius tutela vel cura nundum fenita quod eo casu in eius minoris preiudicium non possit fieri ipsa venditio. Et licet non comparuerit aliquis minor ut supra vel aliqua persona pro eo teneatur ipse tutor vel curator qui tales venditionem facere voluerit notificare domino potestati suprascripto vel eius vicario seu locuntenenti, quod ipse volens dictam venditionem facere est tutor vel curator talis minoris. Qui potestas seu vicarius vel eius locumtenentes citari faciat etiam ex suo officio ipsum minorem, et duos ejus minoris affines propinquiores ex ipsa parte patris. Et hijs defiцientibus ex parte matris quibus notificetur per dictum potestatem seu eius vicarium vel locumtenentem quod talis venditio fieri debet. Et si dictus minor vel aliquis ex dictis eius affinibus protestatus fuerit per modum supradictum non valeat nec fieri possit talis venditio nisi quam per modum et formam predictos in preiuditium dicti minoris. ■ ■ ■

Item quod hoc statutum et cetera suprascripta non se extendant nec locum habeant ad bona data vel que durentur in dotem nec in bonis dotalibus. Et hoc respectu contractus ipsius dationis in dotem nec etiam ad vel contra uxores nurus vel prorurus talium vendere volentium, ut supra constante matrimonio pro Jure dotum suarum vel rerum parafrenalium. nec extendantur ad filios vel ad alios descendentes, talis vendere volentis existentis in potestate ipsius vendere volentis tempore dicte venditionis quantum est pro dotibus condam matris vel avie vel alterius ascendentis. nisi predicta venditio fiat cum consensu legitimo et expresso dictorum talium descendentium.

Item quod res ipsa que vendi contingat servata forma huius statuti non sit nec intelligatur esse libera a servitute seu a servitutibus quibus subjacebat ante ipsam venditionem.

Aeterum quod minores annis viginti et absentes a comunitate riperie predicte et districtu, et etiam furiosi aut menterapti nec non domine vidue pro jure dotium suarum et rerum parafrenalium, nec non alie persone habentes seu habere pretendentes jus aut actionem occaxione administrationis alicuius tutele seu cure aut jus ipothece pro aliquo facto livellario aut pro aliquibus legatis fidei commissis Institutione vel substitutione testamentaria vel alia qualibet successione ex testamento vel ab intestato et quilibet predictorum qui esset in casibus suprascriptis vel aliquo eorum ut supra tempore proclamationum vel permititur factarum seu fiendarum habeant et habere intelligentur tempus et spaciun sex mensium computandorum ut supra ad comparendum et in scriptis dandum et in dictis sex mensibus probatum habuisse Jus suum per vel alium eorum nomine ut supra singula singulis et congrua congruis reffendo. Et quod sufficiat similiter ostendi procedi et fieri possit in omnibus et per omnia prout supra continetur. Et non intelligantur absentes qui intra mensem a tempore dictarum proclamationum vel alicuius earum computando reperirentur vel essent in dicta comunitate vel districtu.

Item quod quilibet qui ut premititur comparuerit ad dandum in scriptis et ostendendum jus suum vel alterius eorum jurare debeat quod id non facit per malicia nec fraudem nec animo impediendi maliciose venditionem illam cuius occaxione comparebit.

Item quod cride premissae habeantur pro solemniter factis. Et Ministerialis seu Ministrales retulerint coram dicto domino potestate seu eius vicario aut locumtenente et ad officium banchi dictorum potestatis et vicarii se ipsas cridas fecisse juxtam formam predictam. In qua relatione scribantur nomina ipsorum testium in quorum

presentia facte fuerint ipse cride. Et quod Impositio seu impositions que fient dicto Ministrali seu ministralibus scribantur ad officium predictum. Et relationes ipsarum cridarum similiter ponantur ad ipsum officium infra octo dies post ipsas omnes cridas. Item quod super contentis in presenti capitulo non habeat locum ordo civilium causarum sed partes ipse et quilibet contradicens possint et debeant infra et pro totos dictos terminos superius limitatos singula singulis congrue reffерendo ostendisse et probatum habuisse omne suum jus ut supra.

Item quod per predicta vel aliquid predictorum non tollatur nec auferatur jus aliquod magnifici domini domini nostri et communitatis predicte nec alicuius eorum, nec sibi in aliquo preuidetur nec preuidicatum esse intelligatur. Quodque predicta nec aliquod predictorum non habeant locum in illis qui vendere et emere volent cum fideiussoribus, seu etiam absque beneficio dictarum cridarum et non servata forma predicta.

*Quod posessiones et cetera bona que tenentur ad fictum amitti
vel accipi non possint pro fictis non solutis. cxiii*

Item quod terre posessiones et cetera bona que tenentur ad fictum sive livellum per aliquam et quamvis personam Jurisdictionis communitatis riperie in ipsa comunitate riperie vel ejus districtu ab aliqua ecclesia sive ab aliqua persona ecclesiastica ipsarum ecclesiarum nomine cuiusvis dignitatis status preheminentie et conditionis existat nec aliqua vel aliquod ex eis de cetero non amittantur nec amitti possint neque per ipsas tales personas vel alias earum et dictarum suarum ecclesiarum nominibus seu nomine accipi pro fictis non solutis vel alia conditione non servata. Et quod per emphiteotam sive livellarium et eius successores vendi possint ipse terre seu posessiones vel bona seu eius melioramentum et jus emphiteoticum etiam domino earum Jurequisito. Duummodo in venditione earum domino servetur

ius suum in ea quantitate facti, quod ex quacumque dictarum terrarum possessionum et bonorum que vendi continget ipsi domino debetur. Et talis possessio vel res non vendatur alicui persone prohibite. Et quidem statutum de cetero locum habeat et servetur et servari debeat aliquibus juribus vel legibus canoniciis vel communib[us] aut municipalibus, seu constitutionibus sinodalibus tam factis quam fiendis nequaque obstantibus, nec etiam obstantibus aliquibus conventionibus vel pactis qualibus in instrumentis talium livellorum descriptis seu insertis quomodocumque. Etiam non obstante statuto posito sub rubrica. Quod emphiteota sive livellarijs non possit rem emphiteoticham in alium transferre in hoc volumine posito.

De Immunitatibus forensibus concessis.

cxxxvij

Item quod omnes et singule persone forenses Jurisdictioni communitatis predicte non supposite et que non sint bannite alicuius civitatum terrarum vel locorum Illustris principis ac Magnifici et excelsi domini nostri domini pandulfi de malatestis brixie et ceter. que de cetero venient ad standum et habitandum et habitabunt in aliquam ex terris communium comunitatis predicte sint et esse intelligentur ipso facto et jure immunes et exempte usque ad quinque annos secuturos a die qua se scribi ficerint ut infra de et ab omnibus et quibus oneribus et factionibus personalibus tantum. Salvo quod si venient adabitandum in aliquam ex dictis terris in qua fient seu fieri contingent aliisque custodie nocturne vel diurne. et in ea habitaverint uno anno completo possint et valeant per commune illius terre compelli ad ipsas custodias faciendum post ipsum annum prout faciunt vicini et terrerij ipsius terre. Et ut circa tam tempus quam personas tali Immunitate gaudere debentes et volentes questio aliqua inter ipsas personas et dicta comunia oriri non possit. Quod quelibet persona que ut permittitur veniet teneatur et debeat infra unum mensem proxime se- cuturum a die adventus sui facere se scribi cum nomine et pronome suo et nomine patris et terre unde fuerit appellatus seu reputatus per unum ex rationatoribus dicte comunitatis. In qua scriptura

contineatur dies mensis et annus ipsius scriptio[n]is et nomen terre ad quam seu in qua venerit ad habitandum. Et quilibet persona forensis ut supra que venerit ad standum et habitandum ut supra a kalendis mensis martij que se ut permittitur scribi fecerit infra unum mensem proxime secuturum a publicatione presentium statutorum similiter gaudeat huius beneficio statuti. Quas quidem scriptio[n]es facere tenentur et debeant ipsi rationatores et uterque vel alter eorum ad omnem requisitionem talium personarum que sic venerint seu venient ut supra scribere modis suprascriptis. super uno libro ad hoc sp[ecial]iter deputato seu deputando qui reponatur et manere debeat in archivio publico. Ubi tenentur et gubernantur alij libri et rationes dictae comunitatis sub pena librarum quinque parvorum cuilibet dictorum Rationatorum recusanti et qualibet vice. Qui quidem rationatorum qui sic scripserit habeat et habere et percipere possit pro eius salario a qualibet persona que ut permittitur venerit ad se scribi faciendum et scribetur ut supra soldos tres parvorum et non ultra. Et quod aliqua persona forensis ut supra non gaudeat beneficio ipsius statuti nisi servatis forma et ordinibus suprascriptis.

Quod prescriptiones curant de cetero hoc modo videlicet. cxxxv.

*Item quod quilibet res immobilis corporalis prescribatur per possidentem dictam rem immobilem justo titulo et bona fide spacio decem annorum inter presentes, et viginti annorum inter absentes. Et intelligatur inter presentes si tam presribens quam contra quem presribitur tempore dictae prescriptionis habitatores fuerint in comunitate seu districtu riperie. Et inter absentes quando uterque tam presribens quam contra quem presribitur seu alter ipsorum non habitarent in dicta comunitate vel districtu.

Item quod in actionibus tam personalibus quam realibus, et que de Universitate competunt. Idem jus servetur quod dictum est supra proxime de prescriptione rerum corporalium quo ad cursum prescriptionis.

Item quod carentes titulis et bona fide possidentes vel quasi per quindecim annos continuos per se presribant inter ipsos ut supra spatio quindecim annorum tam res immobiles corporales ut supra quam actiones ut supra, et eodem modo presribant eorum auctores.

Item quod aliquis colonus tam portionarius quam qui minus colit quam etiam quelibet alia persona cujuscumque conditionis existat que reddat vel reddere debeat, vel usus vel usa fuerit reddere pensionem vel aliquid aliud de aliqua re, vel habens causam a predictis colonis portionarijs et similibus redditibus pensionem vel aliquid aliud ut supra aliquo tempore presribere non possit dictam rem, quam sic tenuerit, vel de qua pensionem vel aliquid aliud dederit vel dare debuerit, vel usus seu usa fuerit reddere contra personam vel heredes vel successores eius cui dare debuerit aliquid de predictis nisi haberet titulum justum a dicta persona vel eius herede vel successore cui sic deberet vel usus seu usa esset dare aliquid de predictis ut supra vel ab alio habenti causam justam a dicta persona. Et predicta omnia et singula quantum ad cursum temporis et effectum inducendum ex dictis prescriptionibus et usucaptionibus tam circa res quam actiones ut supra et personas presribentes, et contra quas prescribetur fient serventur et intelligantur secundum formam juris communis. hoc addito quod in dictis prescriptionibus tale jus reddatur et fiat forensibus contra terrigenas et districtuales riperie quale jus redderetur et fieret terrigenis et districtualibus contra forenses.

Item quod etiam domini qui steterint decem annis quibus non petierint ab emphiteotis suis vel eorum heredibus facta non possint ulterius imperpetuum aliquid petere a talibus emphiteotis nec eorum heredibus.

*Quod Instrumenta creditorum et depositorum facta
a xxx annis retro peti non possint.* cxxxvi

Item quod eo que continentur in Instrumentis creditorum et depositorum factis a treginta annis retro non possint peti nec exigi aliquo modo nec aliquo jure a debentibus creditum seu depositum etiam si creditores juraverint vel creditor juraverit se ante non potuisse habere Instrumenta seu Instrumentum crediti vel depositi et se non potuisse agere.

*Quod instrumenta creditorum et depositorum facta a MCCCLXXXVI citra
non possint peti nec exigi.* cxxxvii

Item quod ea que continentur in dictis Instrumentis creditorum et depositorum factis a MCCCLXXXVI citra et in dicto millesimo non possint peti nec exigi, nisi et prout dictat et continet statutum possum in volumine statutorum civilium ipsius comunitatis riperie, confirmatum per dominum Mediolani et ceter. die nono aprilis millesimo infrascripto et publicatum in dicta comunitate die quinta mensis Julij dicti millesimi. Cuius statuti tenor talis est videlicet.

Item quod ea que continebuntur in talibus Instrumentis creditorum et depositorum de cetero fiendis exigi seu peti non possit ultra decem annos.

*Quod Instrumenta creditorum et depositorum de cetero fienda
ultra decem annos peti non possint.* cxxxviii

Item quod ea que continebuntur in talis Instrumentis creditorum et depositorum de cetero fiendis exigi seu peti non possint ultra decem annos a debentibus creditum seu depositum nec possint nec debent tales creditores audiri in predictis pro aliquos Jusdicentes comunitatis riperie nec eis Jus aliquo fieri aliquo modo vel Jure.

*De compromissis siendis inter coniunctos consanguinitate vel affinitate
usque ad quartum gradum.* cxxxviii

Item quod si aliqua lis questio vel controversia de cetero oriretur, inter coniunctos consanguinitate vel affinitate usque ad quartum gradum, seu inter aliquam singularem personam et aliquod comune collegium vel universitatem, vel eorum sindicos et procuratores seu etiam aliquod comune collegium vel universitatem seu eius sindicum et procuratorem et aliud comune collegium seu universitatem vel eius sindicum et procuratorem. Quod dominus potestas seu capitaneus comunitatis predicto seu eius vicarius et quilibet aliud officiale dicte comunitatis, coram quo questio lis vel controversia movebitur, vel mota fuerit inter predictos ut supra teneantur et debeant ad petitionem partis requirentis tam ante litem contestatain quam ipsa contestata quandocumque compellere omnes litigantes omnibus juris, remedijs ad compromittendum et compromissum faciendum de dicta lite vel controversia et dependentibus ab ea ac sibi connexis in amicos comunes de jure et de facto cum solempnitatibus debitibus, et pasquam electi ab eis acceptaverint. eosdem electos compellere teneantur et debeant *ad acceptandum si acceptare recusarent*, ad sententiandum et terminandum inter ipsas partes Infra termini in compromisso assignatum, nisi ipsum compromissum eiusque terminus fuerint prorogati. Et hoc si ipsi electi fuerint in concordio sententiandi. Si vero ipsi electi non possent se ad invicem concordare quod tunc dictus dominus potestas seu capitaneus vel vicarius vel officialis ut supra teneantur ad requisitionem tam alterius partium quam ipsorum electorum compellere partes ad elligendum et ad jungendum predictis unum alium comunem amicum. Et quod sententie inde late per maiorem partem omnium electorum seu compromissariorum. Valeant et exctioni mandentur prout late fuerint parte hoc postulante ac si diffinitive late essent per judicem ordinarium, que transivissent in rem judicatam per lapsum decennii aut per consensum partium, nec peti possint reducendas esse, aut reduci debere, ad arbitrium boni viri seu

bonorum virorum, nec ab eis possit nec debeat appellari supplicari nec aliter contrahiri.

Quod Judex cadat ab assumptione ut infra. cxl

Item quod si judex de medio assumptus inter partes super aliqua questione non esset in civitate brixie, aut riperie lacus garde, vel in terra illa in qua ficeret residentiam. Vel non venerit infra terciam diem posquam fuerit personaliter vel ad habitationem semel tantum requisitus ad postulationem cuiuslibet partis. Ipso jure cadat ab assumptione, et alias Judex assumatur et assummi possit libere super ea.

Quod mulier vendere obligare et alienare non possit. cxli

Item quod aliqua mulier de cetero non possit vendere alienare nec se nec sua bona aliqualiter obligare nec renunciare alicui suo juri, nec consensum prestare alicui contractui sine consensu duorum proximorum parentium seu aguatorum vel cognatorum proximiorum masculorum legitime etatis. Et si non haberet alias usque ad sextum gradum vel si haberet et essent absentes ita quod haberi comode non possent, tunc exigatur et intervenire debeat, consensusduarum bonorum vicinorum proximiorum. Et quod credatur et pressumatur predictos esse attinentes vicinos et proximos, si in contractibus vel actibus inde fiendis dixerint Juraverint se attinentes et proximos. Et si in contrarium factum fuerit non valeat nec teneat ipso jure, etiam si juraverint et jura mentum etiam ipso jure non valeat et per unum et dolum presumatur extortum. Et quod ubi vir et uxor se se in Instrumento crediti tamquam rei debendo obligant quod uxor non teneatur. Sed obligatio uxor is habeat vim renuntiationis ypotecarum. Exceptis casibus in quibus ipsa mulier ad aliquod de predictis astricta esset ex dispositione juris communis vel municipalis vel ex contractu vel quasi contractu vel ex testamento vel ultima voluntate solemniter celebratis. Et quod testamentum et ultimam voluntatem facere possit sine consensu predicatorum vel alicuius eorum.

Quod laicis personis fiat jus contra quascumque ecclesiasticas personas.

cxlii

Item ad hoc ut in causis agendis et tractandis inter clericos et laycos equalitas observetur statutum est quod quilibet jus dicens comunitatis riperie possit teneatur et debeat facere et reddere jus quibuslibet laycis communibus et universitatibus contra quascumque ecclesiasticas personas in quibuscumque causis civilibus. Et similiter quibuscumque Ecclesiasticis personis contra quascumque laycos comunia et universitates in predictis causis usque ad quantitate librarum quinquaginta planet. et ab inde infra. Et hoc non obstantibus aliis legibus, ordinibus aut juribus canonici vel municipalibus in contrarium loquentibus vel disponentibus.

Quod creditores non possint cedere Iura preiudicium posessorum.

cxliii

Item quod creditor vel creditrix cui competit hypothecaria contra quam plures diversos posessores diversorum bonorum debitoris sui non possit renuntiare nec per pactum remittere uni vel pluribus ex dictis posessoribus, jus hypothece in preiudicium aliorum posessorum aliorum bonorum quo minus ipse creditor cedere teneatur et possit cum effectum jus hypothece illesum alijs posessoribus vel posessori offerenti vel offerentibus creditum suum creditori seu creditrici. Et si renunciasset vel per pactum remisisset teneatur et debeat dictus creditor restituere dicto cessionario duplum eius quod valet res liberata seu pro qua vel de qua fecisset remissionem vel pactum. Et reficere ei omnia dampna expensis et interesse que et quas passus fuerit per factum vel per defectum dicti creditoris vel creditricis.

Quod non possit renunciari statutis riperie.

cxliiii

Item quod per aliquam personam commune collegium vel universitatem renunciari non possit alicui statuto comunitatis riperie scriptus in primo volumine statutorum. Et si facta fuerit renunciatio non valeat nec teneat ipso jure.

*Quod comunia comunitatis riperie possint vendere
de bonis vicinorum.*

cxlv

Item quod comunia villarum et terrarum comunitatis riperie et eius districtus possint et valeant incantare vendere locare et in emphiteosim dare bona et de bonis tam mobilibus quam immobilibus cuiuslibet vicinj solventur et solvere debentis onera et factiones cum ipsis communibus aliquid dare et solvere debentis ipsis communibus pro oneribus et factionibus brigis vel datijs vel datijs bannis vel condemnationibus ipsorum comunitatum vel aliter aut alia de causa Et incantus venditiones locationes vel investiture de quibus appareat per publica instrumenta facti vel facte per sindicos dictorum comunitatum specialiter ad predicta constitutos. si facti vel facte erunt in presentia et de voluntate consulis vel consulum et duorum vicinorum comunitatis vendentis seu vendere volentis valeant et teneant, ac si predicta facta fuissent per illas personas quarum fuissent dicta bona. Salvo tamen et reservato ipsi personis jure suo contra ipsa comunia in casu quo non appareret legitime ipsas personas fuisse debitrices ipsorum comunitatum vel non fuisse in tanta quantitate. Salvo etiam quod liceat dictis personis recuperare dicta sua bona taliter alienata solvendo pretium in dictis instrumentis contentum et melioramenta facta in ipsis bonis extimo amicorum comunitatum infra duos annos a die venditionis seu alterius alienationis computandos. Quibus lapsis si dicta bona non fuerint recuperata, omnia jura omnesque rationes actiones et defensiones que competebant et competere poterant tunc et in futurum dictis personis quarum fuissent dicta bona intelligantur, et sint ipso jure et facto cessa, et translata per ipsas personas in emptione seu acquisitione dictorum bonorum. Ita quod dicti emptores dictorum bonorum et locum et jus tam directus quam alterius dominij dictarum personarum sint et esse intelligantur ipsu jure ac si per ipsas personas cessa et translata essent et dicte venditionis facte forent cum omnibus solemnitatibus oportunis. Et quod dicta comunia in dictis alienationibus et instrumentis earum possint per ipsos suos sindicos

de legitima defensione promittere se et sua bona obligare et cetera facere que possent dicte personae quarum fuissent dicta bona. Salvo jure minorum exigendi et recuperandi dicta bona post completam etatem viginti annorum per duos annos. Et quod de cetero unus solvens suam contingentem portionem onerum et factionum non gravetur nec molestetur pro altero non solvente. Salvo quod iudicentes communitatis riperie possint et valeant mittente famulos suos in possessionem in illis communibus que non solvunt toleas suas et in ipsis communibus stare in possessione. Expensis tam non solventium donec dicte talee ad plenum fuerint solute. Quodque etiam quilibet iudicemens dicte communitatis teneatur et debeat ad petitionem cuiuslibet consulis sive sindici cuiuslibet communis compellere omnes et quoscumque solventes et solvere debentes in ipsis communibus onera et factiones ad satisandum fideiussoribus de solvendo ipsas factiones et onera que contingit pro ipsis solvi debere in ipsis communibus pro bonis suis eis extimatus in ipsis communibus seu extimabuntur.

De modo conducendi aquam.

cxvi

Item quod liceat et licitum sit cuiuslibet persone communitatis dicte riperie et cuiuslibet comuni collegio vel universitati ipsius riperie extrahere et conducere aquam per territorium dicte communitatis de flumine publico causa adaquandi vel molendina vel alia edencia facienda per possessiones vel terras alienas cuiusvis status dignitatis et conditionis existant dum modo talis ductor vel ducere volens dictam aquam solvat vel paratus sit cum effectu solvere terrenum quod occupabitur dicta occaxione illa seu illis comuni collegio vel universitati, aut singularibus personis quorum seu quarum esset dictum terrenum cuiusvis conditionis status et dignitatis existant secundum extimationem factam per amicos comunes ad hoc communiter elligendos ad requisitionem illius cuius esset terrenum. Quam extimationem dicens seu ducere volens dictam aquam solvere teneatur et debeat antequam laboret vel laborari faciat in terreno aliquo causa predicta nisi esset de voluntate expressa illius cuius esset dictum terrenum. Teneaturque

et debeat ducens seu ducere volens dictam aquam ut supra se obligare de omni dampno periculo et interesse quod in futurum pati posset ille cuius est terrenum predictum. Quibus solutione et obligatione factis vel paratis fieri cum effectu quelibet persona comune collegium vel universitas cuiusvis status dignitatis et conditionis existant ut supra teneatur et debeat efficaciter concedere vel vendere per Instrumentum publicum tali ducenti vel ducere volenti dictam aquam de terreno suo necessario occaxione predicta. Si vero dicta persona comune collegium vel universitas per cuius vel quorum territorium duceretur vel duci vellet aqua recusaret facere predicta dominus capitaneus et quilibet jus dicens dicti domini capitaneis ad hoc requisitus teneatur et debeat Juris remedij omnes et singulos cuiusvis status vel conditionis existant compellere ad concedendum ad faciendum et observandum predicta. Ac concedere et mandare quod dicta aqua conduci possit per posessiones et terras cuiuslibet cuiusvis status vel conditionis ut supra existat recusantis facere predicta. Que concessio tituli loco semper habeatur sit et esse intelligatur. Facto tamen deposito de valore dicti terreni quod occuparetur occaxione predicta penes ydoneam personam. Quo deposito facto liceat cuilibet ducenti vel ducere volenti dictam aquam laborare vel laborari facere in terreno alieno cuiusvis sit ut supra occaxione predicta. Et si cuius esset dictum terrenum conquereretur de dampno, tunc ducatur aqua semper cum minori dampno ducentis seu ducere volentis dictam aquam et illius seu illorum per cuius vel quorum terrenum duceretur juxta laudum fiendum per amicos comunes ad hoc communiter elligendos, ad instantiam conquerentis.

Quod posessio omnis intelligatur translat a in heredem. cxxvii

Item quod omnis tenuta et posessio quam habuisset aliqua persona defuncta de aliqua re immobili tempore vite et mortis sive ipso jure intelligatur esse et sit extimata et translat a in heredes ex testamento vel ab intestato. ac si corporaliter per se vel auctoritate iudicis posessionem corporaliter accepissent dicti heredes. Et intelligatur

ippos heredes possidere res quas possidebat defunctus tempore vite et mortis eius, non obstante quod dictam posessionem corporaliter non intrasset. Et liceat cuilibet heredi talis persone defunctorum accusare vel denunciare quamlibet personam intrantem vel turbantem aut spoliantem seu aliter dampnum dantem in dicta posessione vel re et uti quolibet jure. Et cetera facere sicut et quemadmodum persona defuncta cuius heredes esset. Accusare denuntiare uti petere et facere posset si viveret. Salvo quod legatarij possint et valeant sua propria auctoritate ingredi et intrare posessionem bonorum immobilium sibi legatorum. Salvo jure heredum et fideicommissariorum in falcidia vel trebellianica et alijs.

Quod mulier comittens adulterium amittat dotem. cxlviii

Item quod mulier comittens adulterium tempore vite mariti seu post mortem eius tempore quo stabit viduata amittat dotem donationem hereditates relicta et quecumque alia que sibi vel ad eam quomodo devenire possent de bonis mariti ex testamento vel ab intestato vel alio quecumque jure que omnia applicentur heredibus mariti passi seu passis iniuriam. Et possit mulier quo ad hoc accusari et convinci in vita mariti et post mortem mariti. Ad cuius probacionem sufficiat publica vox et fama honestarum et fide dignarum et non suspectarum personarum quatuor ad minus alia vero probatione non apparente.

De testamentis paternis. cxlviii

Item quod sufficiat in testamentis relinquere filijs et ceteris descendenteribus de bonis testatis quovis titulo Institutionis vel legati sive relieti. Et si minus legitima fuerit relictum nichilominus valeat testamentum. Sed dicti filij et descendentes possint agere ad supplimentum legitime. Et quod testamenta in quibus filij et ceteri descendentes sive nati sive postumi omnino sint preteriti non valeant nec teneant quod ad institutiones. Sed quo ad legata et fideicomissa

piis locis aut miserabilibus personis relicta teneant usque ad medietatem patrimonij tantum et non aliter.

Quod sententia dicatur nulla.

cl

Item quod ubi libellus offerri debet in aliqua causa et si lata fuerit sententia in ea non porrecto libello. Si petitus fuerit dicatur et sit sententia nulla nisi postea in prosecutione litis appareat tacite vel expresse de consensu conventi fare processum..

De cursu prescriptionum rerum mobilium.

cl

Item quod quelibet res mobilis prescribatur seu usucapiatur per tacentem vel possidentem dictam rem mobilem spacio trium annorum.

De eodem.

cli

Item quod mulieribus viduis habitantibus cum earum descendentiis non currant prescriptiones respectu bonorum condam maritorum suorum pro eo tempore quo stabunt in eadem familia cum descendentiis suis et dictorum maritorum.

*Quod Instrumenta hactenus facta valeant
quamquam non sint subscripia.*

cliui

Item quod omnia Instrumenta cuiusvis forme seu tenoris rogata scripta et imbreviata in dicta riperia per notarios eiusdem hactenus valeant et teneant et eis fides adhibeat per quoscumque iudicentes dato quod non sint scripta per secundum notarium descriptus in dictis Instrumentis propter mortem ipsius secundi notarij, vel propter absentiam eius ob maleficium vel rebellionem vel ab aliari quamvis causam.

*Quod protocolis et breviarijs notariorum plena fides
adhibeatur.*

cliuii

Item quod protocollis et breviarijs et filcijs quorumcumque notariorum bone fame scriptis eorum proprijs manibus adhibeatur plena

fides. et reduci possint in pubblicam formam licet signo et subscriptione careant.

*Quod omnia statuta in presenti volumine inserta
debeant intelligi prout jacent.*

clv

Item quod omnia statuta in presenti volumine inserta debeant perpetuo observari et intelligi prout jacent nullo extraneo intellectu sub auditio. Statuta autem civilia et ordinamenta provisiones in hoc volumine non inserta non valeant nec teneant ipso jure.

De computatione graduum.

clvi

Item quod fiat computatio graduum secundum jus canonicum quo ad contenta in presenti volumine statutis. Exceptis successioni- bus in quibus fiat secundum jus civile.

*Quod omnia statuta in aliquo contraria decretis domini
non valeant.*

clvii

Item quod omnia Statuta in aliquo contraria decretis Illustris principis et excelsi domini domini nostri domini pandulfi de malatestis non valeant nec teneant in ea parte in qua essent contraria. Sed potius ipsa decreta ordines et mandata prelibati domini prevaleant et prece- teris observentur. In alia vero parte non contraria plenam obtineant firmitatem.

De Instrumentis registrandis.

clviii

Item statutum et ordinatum est quod quilibet notarius Civis aut districtualis comunitatis riperie possit confidere quelibet instrumenta absque secundo notario. Et quod Instrumenta continentia quantitate seu valorem librarum vigintiquinque planet. supra decetero fienda debeant registrari infra duos menses a die rogationis dictorum Instrumentorum per notarios deputatos seu deputandos ad dictum regis trum. Et quod ad dicti registri officium deputentur quolibet anno sex no- tarij elligendi per deputatos dicte comunitatis. unus pro quacumque

squadra. Qui notarij elligendi teneantur et debeant omnia Instrumenta sibi producta registrare saltem tempus locum testes quantitatem rem et substantiam contractus seu actus. Et quod ipsi registrationes teneantur et debeant registrare ipsa instrumenta infra octo dies posquam sibi producta fuerint. De qua productione stetur sacramento producentis. Et ille qui registraverit debeat se subscribere cuilibet Instrumento registrato quomodo illud registraverit, cum signo suo tabelionatus ponendo in principio dicte sue subscriptionis sub pena librarum decem parvorum qualibet vice cuilibet ex dictis notarijs. Et quod libri dicti registri in quo registrata erunt dicta Instrumenta, Ita fidem faciant sicut ipsa instrumenta publica et principalia. Et quod dicti registratores possint percipere a quolibet producente pro eorum salario de quolibet Instrumento planetos decemocto. Et dicti registratores teneantur portare et dimittere libros suos dicti registri ad rationarium dicte comunitatis, Infra unum mensem finito officio suo. Et quod quilibet notarius qui rogabit aliquod Instrumentum teneatur et debeat illud extendere imbreiare et reducere in publicam formam et illud dare illis quibus spectat infra quindecim dies. a die requisitionis sibi facte recepta competenti mercede, sub pena omnis damni dispendij et interesse requirentis et ultra librarum decem parvorum. Que omnes suprascripte pene applicentur comunitati riperie pro dimidia et pro alia dimidia parti cui pertinet. Et Instrumenta a dictis libris seu valore librarum vigintiquinque supra que non fuerint registrata et subscripta per modum suprascriptum nullam fidem faciant, hoc tamen adjecto. Quod testamenta non debeant produci nec registrari, nisi demum post mortem testatoris et infra terminum suprascriptum a die mortis testatoris tantum inchoandum. Et predicta superius disposita locum non habeant in Instrumentis sindicatum vel procurationum ad lites et causas presentationes litterarum extimorum fiendorum designationorum tenute et possessiones date per officiales dicte comunitatis, nec in Instrumentis intromissionum nec denuntiationum novi operis, nec in processibus nec in sententiis nec in aliquibus alijs actis et Instrumentis qui et que fiunt in judicio coram iudicente aut per ipsum

vel ejus auctoritate. Quodque de predictis ad maiorem cautelam, nec de eis ignorantia per aliquem pretendendi valeat fiat crida et noticia in omnibus communibus ipsius comunitatis per ministrales infra decem dies a publicatione presentium statutorum.

De compromissis siendis de litibus.

clviii

Item statutum est quod de qualibet lite, questione causa et controversia que de cetero verti contingerit seu oriretur inter alias singulares personas sive singularem personam ex una parte et alias alias singulares personas sive singularem personam ex altera seu inter alias singulares personas sive singularem personam ex una parte seu pluribus prelibus. Et aliquod comune collegium vel universitatem seu comunia collegium et universitatem ex una parte, et aliud comune collegium et universitatem ex altera coram domino Capitaneo dicte comunitatis seu vicario et quilibet alijs officialibus dicte comunitatis coram quo dicta lis questio causa vel controversia movebitur vel mota fuerit inter predictos ut supra liceat reo seu convento infra octo dies continuos a die litis contestate petere et requirere coram dicto domino Capitaneo vel vicario aut officiale parte adversa presente vel citata compromissum fieri debere de dicta lite causa vel controversia et dependentibus ab ea ac sibi connexis in amicos comunes. Qui dominus capitaneus seu eius vicarius et quilibet alijs officialis coram quo dicta lis questio vel controversia mota fuerit vel movebitur teneantur et debeant juris remedijs etiam per detentionem personarum compellere ipsas partes, ad compromittendum et compromissum faciendum de dicta lite questione vel controversia et dependentibus ab ea ac sibi connexis in duos amicos comunes de jure et de facto per publicum Instrumentum cum promissionibus obligationibus penis renuntijs et alijs solemnitatibus, et clausulis debitiss et oportunis secundum communem stillum et modum compromissorum. Et ex quo petitum fuerit dictum compromissum fieri debere ut supra pro parte rei seu conventi, dictus dominus capitaneus seu ejus vicarius vel officialis ut supra coram quo dicta lis questio vel controversia mota fuerit. Ulterius non

procedal in ipsa causa ad aliquem actum judiciarum, nec ad alias partitiones petitiones productiones vel probationes admittendas in ea nisi solum ad compromissum predictum fieri faciendum et partes compellendum facere dictum compromissum infra quinque dies continuos a die qua petitum fuerit. Et quod arbitri et arbitratores et amici comunes taliter eligendi, teneantur et debeant infra tres dies continuos a die notificationis seu denuncie sibi facte de tali compromisso ipsum compromissum acceptare et quod ipsi arbitri et arbitratores aut electi, teneantur et debeant decidere definire et terminare eorum arbitramenta et sententias arbitrales facere et proferre in scriptis per publicum instrumentum. Infra treginta dies continuos a die compromissi si presentes fuerit. Si non a die notificationis seu denuncie predicte sub pena florenorum quinquaginta auri pro quolibet ipsorum electorum apphcandorum Camere magnifici et excelsi domini domini nostri. Et hoc si ipsi electi fuerint in comuni concordia sententiandi. Si vero ipsi electi non possent se ad invicem concordare deferendo sententiam de comuni concordia teneantur et debeant hoc notificare dicto domino capitaneo aut vicario vel officialis ut supra infra decem dies continuos ante terminum dictorum treginta dierum quo facto tunc dictus dominus capitaneus seu vicarius vel officialis ut supra statim teneantur et debeant ad requisitionem tam alterius partium quam ipsorum electorum compellere partes predictas ad eligendum et ad iniungendum predictis electis unum alium tercium comunem amicum qui dictum compromissum acceptare cogatur etiam per detentionem persone ea die vel sequenti qua electus fuerit in quem amicum seu arbitratorem una cum alijs electis arbitratoribus intelligatur esse et sit factum dictum compromissum per dictas partes cum promissionibus obligationibus renuntiis pactis penis solemnitatis et clausulis scriptis in Instrumento dicti compromissi et arbitrio attributo dictis duabus arbitratores principalibus et primo electis. Qui tres arbitratores vel duo ex eis possint teneantur et debeant infra restum dictorum decem dierum sub pena predicta pro quolibet sententiare pronuntiare absolvere et condanpnare in omnibus et per omnia prout

poterant dicti duo primi in comuni concordia. Et quod sententie inde late per ipsos omnes arbitros vel per majorem partem omnium electorum seu compromissariorum in comuni concordia valeant et teneant et executioni mandentur prout late fuerint parte hoc postulante ac si diffinitive late essent rite et recte per judicem ordinarium que transivissent in vigore rei judicate. Et quod ab eis non possit nec debeat appellari supplicari nec aliqualiter contrahiri nec etiam peti reduci debere ad arbitrium boni viri seu bonorum virorum non obstante instrumento statuto posito sub rubrica, de ordine Judiciorum civilium causarum. Qui omnes comunes amici taliter electi et assumpti ut supra possint habere pro labore eorum et solutionem accipere ab ipsis partibus soldum unum planet. pro libra extimationis si questio fuerit de libris centum et ab inde infra. Si vero questio fuerit de libris centum planet. supra usque in trecentum libris possint habere et percipere denar. sex planet. pro libra extimationis. Si vero questio fuerit a libri trecentis planet. supra quantumcumque sit summa sive quantitas habeant et habere possint et recipere florenos decem auri omnibus computatis et non ultra. Que pecunia sit communis inter ipsos qui electi fuerint et sententiaverint. Et quod omnia Instrumenta compromissorum et sententiarum et cetere scripture que fieri contingerint coram arbitratis vigore statutorum dicte riperie electis, et quecumque alia instrumenta que de cetero cum decreto et auctoritate judicis ipsius riperie fieri contingerint, non possint scribi nec rogari nisi per notarios ad civilia deputatos. Et si secus factum fuerit ipsis Instrumentis et scripturis nulla fides adhibeatur, nec valeant nec teneant ipso Jure.

Quod contractus inter virum et uxorem sint simulati ut infra. clx

Item quod omnes contractus celebrati inter virum et uxorem durante matrimonio intelligentur habeantur et judicentur simulati fictitij et collusorij et non valeant nec teneant ipso jure in preiudicium ipsorum nec alicuius eorum nec suorum creditorum, nec aliarum personarum exceptis contractibus dotum et depositorum que dantur

per uxores maritis pro oneribus matrimoniorum supportandis tempore receptionis seu confessionis receptionis dotum. Et etiam exceptis augmentis dotum et depositorum que fierent post dictas dotes de bonis parafrenalibus mulierum dummodo appareat et apparere possit clare de quibus bonis parafrenalibus processerint dicta augmenta et deposita. Et quod aliqua mulier nec eius heredes aliquo tempore non possint aliquid dicere vel petere alicuius suo marito nec eius heredibus pro aliquibus redditibus fictis vel obventionibus habitis vel preceptis durante matrimonio predictum eius virum de aliquibus bonis vel iuribus parafrenalibus dicte mulieris. Et predicta locum habeant in casibus futuris post publicationem presentium statutorum. Et non obstante solennitate contenta in statuto de venditionibus rerum immobilium fiendis cum exclamationibus.

*Quod venditio et donatio intelligatur simulata si vendens
et donans steterit in posessione per triennium.*

clxi

Item quod omnis venditio et donatio inter vivos per aliquam personam comune collegium vel universitatem de cetero fienda alicui persone comuni collegio vel universitati de aliqua re immobili intellegatur presumatur et judicetur fictitia simulata et collusoria, et non valeat nec teneat ipso jure. Si vendens vel donans post contractum Venditionis vel donationis tenuerit vel possiderit dictam rem venditam vel donatam vel eam laboraverit vel fructus ex ea percepit per tres annos continuos post dictum contractum non obstante aliqua locatione facta de dicta re vendita vel donata per ementem vel donatarium venditori vel donanti. Et etiam non obstantibus aliquibus pactis vel conventionibus factis per dictas partes appositis in dictis contractibus.

De ordine Judiciorum civilium causarum.

clxii

Item statutum et ordinatum est ut dispendia litium coharentur quod omnes et singule lites questiones cause et controversie civiles seu que civiliter agitantur et de cetero moveri contingerint coram quacumque Judice magistratu vel assessore seculari ordinario vel de-

legato inter quascumque personas seculares communia collegia vel universitates vel inter aliquam singularem et comunitatem et universitatem quovismodo et quavis causa cognoscantur decidantur et fine debito terminentur juridice et servatis ordinibus infrascriptis et statutis dicte riperie , ubi dicta questio mota fuerit et reiectis cavilationibus et frivolis exceptionibus quibuscumque per illum judicem ordinarium vel delegatum mangratum vel assessorem coram quo ipsa lis questio causa vel controversia mota fuerit. Et hoc infra terminos super hoc inferius limitatos et declaratos sub pena judicem ordinario vel delegato mangratui vel assessori coram quo ipsa lis questio causa vel controversia agitatibus omittenti ipsam questionem litem causam seu controversiam terminare infra terminos inferius limitatos et similiter civilibus comissario et consultori omittenti dare consilium suum in scriptis infra terminos inferius limitatos florenorum Centum auri applicandorum Camere magnifici domini domini nostri et reficiendi expensas litis utrique parti.

Qui termini cognoscendi et terminandi ipsas lites, questiones causas et controversias et in eis procedendi hoc ordine limitentur et limitati esse intelligantur videlicet.

Tempus Instantie cause principalis.

clxiii

Quod instantia cause principalis non duret nec durare possit nec debeat ultra tempus et spacium quaraginta dierum utilium a die litis inceppe computandorum. Que incepta intelligatur petitione porrecta et in actis dimissa et parti legitime notificata ubi per viam libelli et petitionis proceditur. Qui libellus vel petitio quamlibet sit tollerabilis admittatur et admissa esse intelligatur ipso jure et tollerabilis esse intelligatur. Si contineat actoris et rei quantitatem et rem seu que petuntur et causam petitionis. Et a die contradictionis seu comparitionis oppositionis seu querele notificate parti. Ubi per viam contradictionis oppositionis seu querele procedatur.

Tempus Instantie prime appellationis.

clxiv

Instantia vero cause appellationis interponende semel tantum per utramque partem non duret nec durare possit nec debeat videlicet prima causa appellationis ultra tempus et spaciū viginti dierum utilium.

Quanto tempore durare debeat dicta appellatio.

clxv

Secunda vero causa appellationis non duret nec durare possit nec debeat ultra tempus et spaciū vigintiquinque dierum utilium. Ita quod omnibus computatis. videlicet tam temporibus instantie cause principalis quam utriusque cause appellationis terminus octuaginta quinque dierum utilium salvis temporibus deputatis ad appellandum vigore presentis statuti nullatenus excedatur nec excedi possit nec etiam dillatari seu prorogari quoquo modo sub pena predicta.

Ut quem termini deliberandi et respondendi petitioni et probandi et reprobandi et alia faciendi in litibus questionibus causis et controversijs antedictis dividantur et ordine congruo limitentur et ut productiones jurium et probationes cautelos et in fraudem usque prope finem litis non differantur.

Terminus respondendi petitionis.

clxvi

Statutum et ordinatum est quod statim petitione porrecta et in actis dimissa in causa principali et parti notificata ut supra statutus sit et esse intelligatur ipso jure terminus duorum dierum utilium immediate sequentium reo deliberandi et respondendi dicte petitioni. Quo termino elapso sive respondeat sive non habeatur lis pro contestata. .

Terminus assignatus utriusque parti in prima causa

clxvii

Et elapso dicto termino dictorum duorum dierum utilium vel contradictione facta et parti notificata ubi per viam contradictionis compositionis oppositionis vel querele proceditur statim statutum sit ei

esse intelligatur utriusque parti videlicet actori et reo terminus quindecim dierum utilium. Excipiendi opponendi petendi et probandi per omne genus probationum ac producendi et ostendendi, quicquid dicte partes et quelibet earum voluerit in dicta causa. Ipsaque termino elapsio statim quemcumque agitata et producta probata et ostensa in dicto termino probatorio. Intelligatur et sint ipso jure publicata ita quod de eis fiat copia utriusque parti si fuerit requisita.

Terminus assignatus ad respondendum positionibus. clxviii

Et quod quibuscumque positionibus quo fieri contingit in quamcumque causa teneatur pars contra quam producte fuerint et cui date fuerint ipse positiones ad consulendum infra duos dies utiles respondere dictis positionibus et cuilibet carum clare et aperte et sine conditione affirmando vel neganda de scientia vel credulitate sine ulla contradictione vel protestatione. Alioquin responsio aliter facta pronon facta habeatur. Et si non responderit habeantur pro negatis. Sed nichilominus judicens possit et teneatur ad Instanciam illius qui positiones produxerit omnibus juris remedij etiam per detentionem et carcerationem persone compellere quemlibet ad respondendum dictis petitionibus quandocumque in termino probationum fiendarum.

Terminus reprobationis assignatus in prima causa. clxviii

Et immediate post ipsum terminum statutus sit et esse intelligatur utriusque parti terminus decem dierum utilium reprobandi et impugnandi quemcumque probata producta et ostensa in dicto termino probatorio. Et si aliqua partium in ipse termino reprobatorio produixerit articulos vel capitula tendentia ad reprobandum producta et probata per alteram partem in primo termino probatorio tunc liceat illi parti contra quam producta fuerint et cuilibet alteri cuius intersit coadiuvare et corroborare per legitimas probationes probata et producta et ostenso in ipso termino intelligentur et sint ipso jure publicata et de ipsis fiat copia ut supra.

Quod omnes exceptiones sint in fine litis . . . clxx

Statutum quoque est quod omnes exceptiones replicationes et triplicationes dilatorie declinatorie peremptorie et cetere cuiuscumque generis sint de quibus alias non sit cognitum et decisum inter partes sint salve utriusque parti in fine litis tempore disputationis, ne ob hoc processus cause differatur. Que quidem exceptiones dillatorie et declinatorie et similes reiecte intelligentur. Si de ipsis in sententia vel pronuntiatione ferenda super causa principali non fuerit facta mentio.

Comissio prime cause infra' quod fieri debet et ubi. . . clxxi

Deinde iudicens Magistratus vel assessor ordinarius vel etiam delegatus coram quo dicta lis questio causa vel controversia vertetur. Teneatur et debeat infra' quatuor dies continuos immediate post dictum terminum reprobatorum ad requisitionem dictarum partium vel alicuius eorum committere ipsam litem questionem causam seu controvertiam uni jurisperito de confidentibus utriusque partibus eligendo. Et si aliqua pars recusaret dare vel contumax esse in dando confidentes suos et tot quod unus concordetur tunc dictus iudicens mangratus vel assessor committere debeat dictam litem questionem vel controversia uni ex confidentibus partis producentis confidentes suos, et non contumacis ut supra. Et quod deinceps dentur solummodo confidentes et non suspecti in qualibet causa de residentibus in communitate predicta si in ea erit copia jurisperitorum. Et si non tunc dentur de residentibus in civitate brixie et de collegio judicum brixie, si in ea erit copia jurisperitorum dicti collegij. Et si non tunc dentur de alijs residentibus in dicta civitate. Et si de eis non erit copia tunc dentur de alijs proximioribus in una ex civitatibus proximioribus dicte terre vel loco ubi questio mota fuerit, nisi partes aliter fuerint in concordia. Et quod elapsis dictis quatuor diebus si dicta comissio non fuerit petita Jusdicens teneatur et debeat ipsam causam cognoscere et terminare per se nisi per ambas partes petitum fuerit ipsam causam

comitti debere quo casu etiam elapsis ipsis quatuor diebus teneatur ipsam committere ut supra.

Quod cogitur comissarius acceptare et jurare.

clxxii

Qui comissarius ipsam comissionem omnibus juris remedij statim acceptare cogatur et jurare ad sancta Dei evangelia tactis scripturis quod juste et recte consulet in causa sibi commissa. Deum semper pre oculis habendo ejusque tremendum judicium expectando. Quod sacramentum scribatur in actis cause vel de eo fiat publicum Instrumentum nec possit assumi ultra ipsum comissarium, nec sibi dari debeat alius socius ad examinandum dictam questionem, nec ad consulendum super ea ne partes ultra debitum vexentur laboribus et expensis.

Infra quem terminum partes producere debeant Instrumenta

coram comissario.

clxxiii

Postea vero partes infra duas dies compareant coram dicto comissario et producant coram eo processus et omnia acta agitata et producta in lite et questione predicta infra talem terminum quod dicta comissio post ipsorum productionem restent ad minus octo dies utilles ad deliberandum et consulendum supra dicta causa sub pena librarum vigintiquinque parvorum parti omittenti producere ut supra. Et plus et minus arbitrio iudicentis.

Quod comissarius presentare debeat consilium suum.

clxxiv

Quibus visis et diligenter examinatis per dictum comissarium et auditis allegationibus que coram eo fieri voluerint per partes et eorum advocatos teneatur et debeat dictus comissarius presentare vel presentari facere consilium suum in scriptis eius manu propria subscriptum super questione sibi commissa ad banchum Jusdicentis man gratus vel assessoris ut supra coram quo ipsa questio ante finem termini quadraginta dierum utilium de qua presentatione fuit subscriptio

dicto consilio manu notarij cause per quem et qua die presentatum fuerit et idem fiat in actis dicte cause. Ita quod iudicemens mangratus vel assessor juxta forma dicti consilij possit teneatur et debeat suam diffinitivam sententiam proferre et publicare super questioe predicta. Infra terminum predictum, que pronuntiatio et publicatio facta esse intelligatur ipso jure se iudex cause omiserit proferre et publicare ut supra.

*Quod iudex cause possit a se litem terminare si fuerit
de pretium voluntate.*

clxxv

Possit tamen dictus Jusdicens mangratus vel assessor dictam questionem cognoscere decidere et terminare infra dictum terminum per se tantum et absque aliquo comissario elligendo si fuerit de pretium voluntate quo casu jurare teneatur et in actis scribatur prout supra in sacramento commissarij continetur mutatis mutandis. Et quod dictus iudicemens nullum possit recipere salarium seu emolumentum sub pena quadruplici de quo possit et debeat etiam sindicari.

Circa appellandi a prima sententia.

clxxvi

Lata vero dicta sententia diffinitiva vel facta dicta terminatione vel diffinitione possit pars que succumbuerit et quilibet aliis cui de jure liceat appellare vel nullam dicere infra terminum sex dierum continuorum a die late sententie, et non ultra. Et ab ipsa sententia vel diffinitione seu terminatione appellare vel nullam dicere ad unum Judicem appellationis demdum seu constituendum per dominum capitaneum dictae riperie vel eius locumtenentis prout infra. Salvo tamen quod in causis et casibus specialibus in quibus prohibita sit appellatio vel nullitas a jure comuni vel ex forma statutorum communitatis riperie non liceat appellare vel nullam dicere.

Qualiter procedi debeat in causa appellationi.

clxxvii

Qua appellatione vel nullitate interposita teneatur interpellans a dicta sententia petere judicem appellationis a Capitaneus dictae ripe

rie vel eius locumtenentis infra terminum quatuor dierum continuorum. Qui Capitaneo vel eius locumtenente sub pena Florenorum quinquaginta auri applicari ut supra infra quatuor dies a die dicte petitionis sibi facte computandos teneatur et debeat omnibus juris remedijs ad instantiam dicti appellantis aut appellati partes cogere inter quas dicta questio agitatitur ad dandum confidentes eorum in questione prefata et recepto pretium confidenti juridico ut supra teneatur et debeat precise et omni exceptione remota non tanquam capitaneus sed tamquam officialis et executor in hac parte specialiter constitutus causam ipsius appellationis et nullitatis committere audiendam examinandam et sine debito terminandam. Et si altera partium non comparverit ad dandum confidentes suos inscriptis infra tempus statutum, vel comparverit et similiter non dederit confidentes suos tunc liceat prefato domino capitaneo seu eius locumtenenti committere causam et questionem predictam alteri ex confidentibus partis comparmentis. Qui confidens et commissarius in quantum coram eo procedi contingat per partes in dicta causa teneatur et debeat ipsam commisionem seu questionem acceptare infra tercium diem proxime sequentem et jurare et in actis scribatur prout supra in sacramento commissarij primi cause continetur mutatis mutandis et habeat auctoritatem et omnimodam jurisdictionem in dicta causa quam habere debet quilibet competentes judex appellationis. Et etiam per prius cognoscat et decidat infra terminum sex dierum utilium immediate sequentium utrum sit deferendum vel non dicte appellationi vel nullitati in casu quo de hoc dubitetur. Et quod a pronuntia super lite facta non possit appellari nec nulla dici. Et quod dictus commissarius ubi pronuntiet esse deferendum non habeat aliquod salarium de dicta pronuntia. Sed tantum habeat salarium de sententia diffinitiva per eum facienda super causa appellationis. Et idem ordo servetur etiam in appellationibus et nullitatibus interponendis a sententijs latis in causis summarij et extraordinarij. Hoc addito quod liceat et licitum sit appellanti procedere coram capitaneus dictie riperie seu eius locumtenentis ad quem appellaverit et qui commisserit dictam causam ap-

pellationis tamquam coram judice appellationis cui dicta causa appellationis comissa fuisset ad faciendum omnes et singulos actos et appellationes que fieri debent infra terminum probatorum et reprobatorum prefixum dicte cause nullitatis et appellationis ex forma statuti predicti. Et quod lapso dicto termino probatorio et reprobatorio infra sex dies continuos immediate sequentes dicte partes teneantur comparere coram dicto judice cui dicta questio commissa fuerit cum omnibus et singulis suis juribus actis et Instrumentis productis infra terminum probatorum et reprobatorum. Et quod dictus judex appellationis infra residuum temporis secundum acta et producta ut supra ipsam litem decidere et terminare debeant pro inde ac si coram eo predicta agitata fuissent.

Infra quem terminum produci debeat libellus appellationis. clxxviii

Postque statim procedatur in ipsa causa appellationis seu nullitatis coram dicto comissario et judice dicte cause sive procedatur coram Judice dicte appellationis sive coram dicto domino capitaneo seu eius locumtenente ut supra. hoc ordine videlicet. Quod statim post ipsam commissionem et acceptationem infra duos dies utiles immediate sequentes teneatur appellans vel nullam dicens coram dicto judice coram quo procedit continget petitionem suam in scriptis porrigitere et parti notificare personaliter vel ad domum. Que petitio qualiscunque sit dummodo tollerabilis admittatur et admissa esse intelligatur ipso jure et nulla litis contestatio exigatur. — Et jurare coram dicto judice coram quo procedi continget petitionem suam in scriptis porrigitere et parti notificare personaliter vel ad domum. Que petitio qualis et que sit dummodo tollerabilis admittatus et admissa esse intelligatur ipso jure. Et nulla litis attestatio exigatur¹⁾ —. Et jurare coram dicto judice coram quo procedi continget se non dolo nec calumpnia sed credens justam fovere causam appellasse nullam dixisse

1) Tutto lo stampato chiuso fra le due lineette e cancellato mediante una semplice linea.

ac satisdare de restituendo alteri parti omnia dampna expensas et interesse litis predice que passa fuerit et que taxata fuerint per judicem dicte cause si ipse appellans vel nullam dicens succumbuerit in dicta causa appellationis vel nullitatis, vel si ipsam appellationem vel nullitatem non fuerit prosecutus usque ad finem. Alioquin ipse appellans renuntiasse intelligatur et prima sententia firma maneat et executioni mandetur.

Postque statim et sine nullo intervallo statutus sit et esse intelligatur appellanti et nullam dicenti et appellato et contra quem vel quos nulla dicitur, terminus octo dierum utilium probandi producendi ostendendi opponendi tam super nullitate quam iniquitate dicte sententie et alijs ad ipsam causam pertinentibus quicquid ipse partes et quelibet earum voluerint ipsoque termino finito statim omnia agitata producta probata et ostensa in ipso termino intelligent et sint ipso jure publicata. Et de eis utriusque parti fiat copia si fuerit requisita.

Terminum reprobatorum in causa prima appellationis. cxxxviii

Successive vero statim statutus sit et esse intelligatur ipso jure utriusque parti terminus sex dierum utilium reprobandi et impugnandi et excludendi quecumque agitata producta probata et ostensa in dicto primo termino et si aliqua partium in ipso termino reprobatorio produxerit articulos, vel capitula tendentia ad reprobandum probata et producta per aliam partem in primo termino probatorio que capitula et articuli produci debeant per tres dies ante finem dicti termini reprobatorij parte presente vel legittime ad hoc citata et sibi de ipsis articulis et capitulis copia dimissa personaliter vel ad domum. Et postea produci non possint nec admitti. Tunc licet illi parti, contra quam producta fuerint et cuilibet alteri cuius interest coadjuvare et corroborare per legitimas probationes probata producta et ostensa in dicto primo termino. Quo termino reprobatorio elapsa quelibet agitata producta et ostensa in dicto termino. Intelligantur et sint ipso jure publicata. et de eis fiat copia ut supra. Et quod om-

nes exceptionis sint salve in fine et reyekte intelligantur et cetera ut supra prout in ordine principalis cause superius continetur.

Postea vero dictus **judex** et commissarius dicte prime cause **appellationis** coram quo procedi continget visis et diligenter examinatis predictis et partium allegationibus auditis teneatur et debeat ante finem termini viginti dierum utilium ipse cause limitati suam diffinitivam sententiam proferre et publicare supra dicta causa quam sententiam eius manu propria subscribere teneatur.

Postquam vero lata fuerit infra scripta sententia in dicta causa **appellationis** vel nullitatis in quantum et quatenus confirmata fuerit prima sententia lata in causa principali non liceat amplius provocare nec appellare a dicta sententia nec nulla dicti nec eidem aliqualiter contrahiri nec etiam contra eam quicquid exipi vel opponi. Sed prout lata fuerit executioni mandetur omnibus juris remediis.

*Modus se appellandi a sententia lata in causa
prima appellantoris.*

Si vero per ipsam sententiam latam in dicta causa **appellationis** et nullitatis fuerit dicte prima sententia annullata vel revocata vel aliter reformata particulariter vel in totum, tunc liceat succumbenti in dicta causa **appellationis** vel nullitatis et cuilibet alteri cui de jure liceat appellare vel nullam dicere infra terminum sex dierum continuorum a die late sententie et non ultra. Et a dicta tali sententia appellare et nullam dicere ad unum alium judicem **appellationis** dandum et deputandum per dictum dominum capitaneum dicte riperie seu eius locumtenentis. Et qui peti et dari debeat et cetera prout in prima causa **appellationis** superius est expressum.

In qua causa **appellationis** secunde procedatur. Et intelligatur termini limitati in omnibus et per omnia prout in prima causa **appellationis** superius est expressum mutatis mutandis et congrua congruis referendo. Ita tamen et hoc sempre intellecto quod dicta causa dicte **appellationis** et nullitatis infra restum termini predicti octuaginta quin-

que dierum utilium omnibus instantijs tam principalis cause quam appellationis limitatis ut supra. Salvis temporibus ad appellandum petendum et deputandum judicem appellationis et acceptandum causam appellationis vigore presentis statuti decidatur et sine debito terminetur nec dictum terminum excedat ullo tempore ut supra sub pena predicta ut supra. Que sententia omnibus juris remedij prout lata fuerit executioni mandetur.

*Quod hoc Statutum habeat locum in causis pendentibus
et futuris.*

Statutum est quoque quod presens statutum etiam locum habere debeat et servari in quibuscumque questionibus et causis ordinarijs pendentibus, et in ceteris de cetero inchoandis firmis tamen manentibus actis agitatis et productis in dictis causis pendentibus.

Quod sententie ferri debeant clare et non sub conditione.

Item quod omnes et singuli comissarij consultores et iudicentes teneantur et debeant eorum consilia et sententias dare et proferre in scriptis clare et aperte et sine ulla conditione vel alteratione. Et in ipsis consilijs et sententijs declarare et taxare expensas litis dampna et interesse in casibus in quibus pars in ipsis expensis dampnis et interesse de jure veniet condemnanda sub pena florenorum quinquaginta auri cuilibet consultori et iudicenti contrafaciensi vel obmittenti facere prout supra camere prefati domini nostri applicandorum.

*Quod non habeat locum in dacijs nec in Statutis mercatorum
nec in causis in quibus potest procedi breviori via.*

Verum tamen nisi fuerit de partium voluntate ordo presentis statuti et disposita in eo non vendicent sibi locum in causis datiorum. Sed in eis pacta et statuta datiorum super ipsis edita observentur. nec etiam in causis questionibus seu controversijs motis vel movendis occaxione exclamationum que fiunt pro bonis vendendis ad cridas vel accipiedum insolutum et occaxione contradictionum extimis factis

seu fiendis coram officialibus et rectoribus dicte riperie de bonis debitorum. Sed in ipsis serventur alia statuta super ipsis specialiter edita et termini statuti in eis, nec etiam in causis mercatorum que vertuntur coram consulibus merchatorum inter merchatores et ex causa merchacie. Sed in ipsis serventur statuta ipsorum merchatorum, nec etiam in causis summarij in quibus procedi potest breviori via quam via presentis decreti secundum formam aliquorum statutorum communitatis riperie vel alicuius rescripti seu mandati et commissionis magnifici domini nostri nec etiam in compromissis factis et fiendis in amicos comunes de pretium voluntate aut ex dispositione alicuius statuti vel decreti vel dicte cause speciales et exceptate brevius terminentur. Et non possint excedere aliqualiter terminos suprascriptos quinymo celerius et breviori via terminari debeant ne partes expensis et probationibus litium in ipsis causis agraventur. Et quod in ipsis causis non possit appellari nisi semel tantum per quamlibet parte a sententijs inde ferendis. Et quod appellari debeat ad judicem deputandum per dominum capitaneum dicte riperie seu eius locumtenentem qui peti et dari debeat in terminis superius limitatis et secundum formam suprascripti Statuti. Salvo quod non possint appellari a sententijs latis vi-gore compromissi nec aliqualiter contrahiri.

*Quod termino assignando pro testibus absentibus et instrumentis
exstantibus ex jurisdictionum.*

Item quod si aliqua partium voluerit producere in causa aliquos testes absentes vel instrumenta que essent extra territorium iudicantis tunc nominatis prius dictis testibus et instrumentis quibus semel nominatis nichil addi possit. Et facta fide summatio de huiusmodi absentia et carentia instrumentorum extra territorium existentium Judici litis prout sibi videbitur. et parte jurante ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis scripturis quod non facit nec fieri petit dolo nec calumpnia vel in fraudem nec animo protellandi litem. sed putans ipsis testibus et instrumentis judiceretur ad probationem juris sui. Et casu assignetur sibi per judicem litis ternius ecompetens secundum distan-

tiam locorum et negotij qualitatem infra quem dicti testes recipi et examinari possint debita forma juris eorumque dicta judici litis solemniter presentari et ipsa instrumenta produci. Et in eo termino assignando ut supra possit etiam altera pars ostendere et probare de jure suo quicquid voluerit. Quo termino pendente non currant tempora huius statuti, nisi termini statuti ad probandum quo ad testes et alias probationes presentes.

*De modo servando per volentes agere contra minores
et similiter.*

Item quod si deinceps contingat ullam item questionem causam seu controversiam moveri alicui pupillo vel minori furioso vel mente-capto aut simili persone tutele vel curatore carenti ne talis persona remaneat indefensa nec jus suum pereat propter carentiam legitimis defensoris teneatur et debeat agere volens contra aliquem ex predictis prius citari et moneri facere aliquos ex eius proximioribus agnatis vel attinentibus si que erunt presentes. Et si non adessent aliquos ex proximioribus amicis et vicinis eiusdem. Et unaa cum eis vel saltem eis presentibus aut legittime citatis instare et requirere coram judice competente quod ipsi contra quem dictam item movere voluerit detur et decernatur per dictum judicem cum solemnitatibus opportunis tutor vel curator ydoneus secundum conditionem persone cui decernendus erit generalis, vel saltem specialis ad item predictam, cum quo possit iudicium inchoari. Et qui jura illius cui dabitur defendere debeat. Qui judex teneatur infra triginta dies continuos a die requisitionis sibi facte computandum providere eidem de ydoneo tutele vel curatore ut supra. Et ad dictam tutelam seu curam seu defensionem sub eundam teneatur compellere illos agnatos cognatos vel affines prout ipsi judici videbitur cum cautionibus obligationibus sacramentis decreto et juris solemnitatibus opportunis sub pena librarum quinquaginta parvorum applicandarum camere prelibati domini nostri.

*De pena imposta proferenti vel danti sententiam
aut consilium iniquum vel iniustum.*

Si quis autem iudicens magistratus vel assessor a se ipso absque consilio alicuius protulerit aliquam sententiam Iniquam et Injustam in totum vel in partem. Aut aliquis commissarius Iniquum vel iniustum consilium dederit in totum vel in partem. Que Iniquitas vel Iniustitia constet ex actis productis in causa super qua dicta sententia lata fuerit vel dictum consilium datum vel aliter legittime detegatur si scienter vel dolose hec fecerit incurrat in penam pro uno denario quatuor quantitatis seu extimationis rei de qua fuerit questio applicanda pro medietate camere prefati domini. Et pro alia medietate dampnum passo. Et ulterius privetur omni beneficio et officio advocandi judicandi et consulendi et quolibet privilegio et beneficio sui collegij imperpetuum. Si vero per Imperitiam vel Ignorantiam tunc teneatur reficere parti ex hoc lese dampnum cum expensis per ipsam partem passis, in duplum secundum quod judici equum et justum videbitur. Quarum quidem penarum de quibus supra fit mentio, nec non pene imposite non terminantibus questiones in terminis limitatis exigentes et executores esse debeant illi quos prefatus magnificus dominus noster super hoc duxerit deputandos. coram quibus volens querelari de predictis teneatur suani querelam producere in scriptis infra sexaginta dies continuos immediate sequentes post dictum terminum octuaginta quinque dierum utilium omnibus instantijs limitatum. Quo termino elepsa non audiatur. Qui cognitores et executores tam circa cognitionem quam executionem dictarum penarum et cuiuslibet earum procedere teneantur summarie et de plano sine strepitu et figura judicij solaque veritate inspecta, et omnibus juris remedijs prout expediti fuerit et eis videbitur convenire.

*De pena imposta habentibus citatis et non venientibus
ad testificandum.*

Item statutum est quod in omni causa omnes et singuli testes producendi per aliquam partium cogantur indilat per Judicem litis realiter et personaliter et omnibus juris remedijis ad jurandum et testimonium veritatis prohibendum in dicta causa sub pena cuilibet testi inobedienti librarum quinquaginta parvorum et plus et minus arbitrio iudicantis. Inspecta qualitate facti et conditione personarum. Cuius quidem pene medietas camere domini nostri applicetur et alia medietas parti ipsum testem producere volenti. Que pena statim per judicem litis exigatur.

*De juramento prestando per notarium elligendum
ad examinandum testes.*

Notarij autem deputati ad examinandum et recipiendum testes statim postquam electi fuerint ac notarij deputati ad scribendum dicta testium teneantur et debeant jurare coram iudicente coram quo causa agitabitur, quod testes producendos bene et diligenter examinabunt et interrogabunt coram quem dicta et testimonia fideliter recipient et scribent et scribi facient pro utraque parte bona fide et sine fraude omni dolo cessante. Et venendo ab ipsis testibus veritatem eius quod sciverint de negotio super quo producti fuerint, cum interrogationibus debitiss et non superfluis nec cavilosis, et non deviendo ullo modo a tramite veritatis et justicie. Et quod servabunt statuta super ipsis edita. Et quod non propalabunt nec manifestabunt ullo modo directe vel indirecte verbo metu? vel astentione dicta tenentium? alicui partium nec alteri persone. Sed ea tenebunt et teneri facient secreta donec fuerint publicata sub pena florenorum vigintiquinque auri pro quolibet dictorum notariorum dicte camere applicandorum ultra penas a jure limitatas. Quod juramentum scribatur in actis cause. Et receptio et examinatio testium aliter facta non valeat nec teneat ipso jure.

*Quod Instrumenta semel producta iterum producantur
si per ea comprobare volet.*

Item quod quelibet partium que in judicio produixerit aliqua **acta** Instrumenta vel scripturas teneatur et debeat non obstante productione semel facta ad instantiam partis et cuius inter sit ea vel eas reprobare volentis et jurantis se non dolo nec calumpnie causa hoc petere ipsa instrumenta acta vel scripturas quibus alias usa fuit. Iterum de novo producere et in actis dimittere, et etiam parti requirenti ut supra copiam facere. Et ad hoc cogatur et cogi possit per quemcumque jussicentem omnibus juris remedij etiam per personalem detentionem Videri fecimus ac diligenter examinari Statuta et ordinamenta illius nostre communitatis riperie lacus benaci brixensi qui supplicarent per nos sibi confirmari et illis nostras fieri fecimus additiones et correctiones secundum quod nobis visum fuit convenire. Quare serie presentium omni modo Jure via forma et causa quibus melius possumus etiam de nostre plenitudine potestatis. Omnia et singula statuta et ordinamenta predicta et contenta in illis. Ex certa scientia approbamus ratificamus et confirmamus de ~~cetero~~ servari voluntum et jubemus hinc ad duos menses proxime futuros presentibus valitis. Infra quos additiones et correctiones ipsas inferi et describi poterunt ordinate in statutis et ordinamentis antedictis in quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari nostrique sigilli munimine roborari. *Datum Rome die Vigessimo secundo mensis Junii a nativitatis Domini nostri domini domini Jesu Christi Centesimo primo. Principatus nostri anno primo* ¹⁾.

1) Tutto il corsivo e di carattere più recente, sovrapposto alla dicitura antica, cancellata.

1) Qui vidimus et per Spectabiles Dominos legumdoctores et vicarios nostros generales et consiliarios dom. . . . et dominum . . . fecimus videri et matura deliberatione examinari. Statuta et ordinamenta. Civilia et criminalia comunitatis et hominum nostre riperie lacus benaci brixiensis nobis cum instantia supplicantium quod illa confirmare dignemini et ceter. Quinque ipsis statutis et ordinamentis, correctiones ed additiones fieri fecimus prout nobis visum fuerit convenire. Et deinde illa transcribi in cartis membranis ordinate. Volentes ipsis nostris subditis complacere harum tenore ex certa scientia et omni modo jure via forma et causa quibus melius possumus etiam de nostre plenitudine potestatis omnia et singula statuta et ordinamenta predicta distincta, videlicet civilia per capitula. Centum septuaginta sex, et criminalia per capitula centum nonaginta. Incipientia. Item. Et descripta super duobus quaternis et ceter. confirmamus approbamus et ratificamus prout facent, et illi de cetero servari volunt et jubemus. Et insuper recolentes alias per nostras literas dat. *Rome die xx. mensis Junij* 2) proxime preteriti confirmasse statuta predicta usque ad duos menses proxime futuris. Infra quos sperabamus, quod statuta illa in cartis membranis posset transcribi. Et infra tempus illud predicta transcriptio fieri nequierit et tamen statuta predicta fuerint observata, volentes et pro agitata vigore dictorum statutorum ab inde citra valere et effectum sortiri decernimus et jubemus Eadem potestate. Quod confirmatio nostra predicta, de qua litere nostre predite mentionem faciunt et omnia et singula statuta predicta et etiam omnia et singula agitata et secuta vigore et respectu statutorum predictorum, et cuiuslibet eorum a dicto die vigessima *secunda junij* usque in diem hodiernum sint et esse intelligentur per nos confirmata et

1) I punti segnano delle cancellature illeggibili.

2) Raschiato l' antico è sovrapposta la data di Roma con carattere più moderno.

approbata. Et confirmationes illam usque per totum presentem diem durasse et etiam de cetero durare et servari debere per inde ac si agitata fuissent et sequa in termino dictorum duorum mensium, legibus seu decretis aut statutis aliquibus in congruis facientibus non obstantibus. In quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari nostrique sigilli munimine roborari Datum 1) die martii 22 mensis septembris Centesimo anno Indictione Post Data anno nativitatis domini nostri domini domini Iesu Christi Centesimo primo VIII kal. julij Principatus nostri anno primo.

Statuti Criminali della Riviera di Salò.

Inedito 1).

Copia statutorum et decretorum criminalium communitatis ripere
brixie lacus garde scripta per me peterzolum quondam requiliani dicti
flocacci de salodo etc. etc. . . .

Joannes de petrasancta Sindicus et Capitanei riperie lacus gard
Colateralis.

mccccxxv, die xv. decembris.

Spectabilis et magnific. d. Ubertus de petrasanta honabil. Capitaneus riperie lacus garde et pertinentiarum intravit (in) suprascriptum Capitaneatum et honorabiliter stetit et perseveravit in eo quoque dictus Capitaneatus per alios captus fuit officiales. et Eo Johannes de

1) Tutto il punteggiato è raschiato ed illegibile, il corsivo è sostituito ad altro scritto più antico, pure raschiato.

2) Dall'Archivio di Salò.

petrasanta pro Cclaterali cum suprascripto domino Capitaneo stetit
etc. etc.

Costantius canzelarius domini Ludovici de mutina.

Joannes ex Capitaneis de Vicomercato
Riperie Lacus Garde Capitanus
Joannem.

Volumen Statutorum et ordinamentorum criminalium comunitatis riperie lacus garde Corectorum et provisorum per Bartolameum de lancetis de materno Magistrum Martinum quondam ognabeni de gardono Guielminum de cataneis Faustinum quondam salodini ambos de salodo Tebaldum de arcilis Franceschinum nicolay Berlioti ambos de gargnano Bertolasium de cavallis del calvazesio Stefaninum de vicho de manerva Michaellem Jacobi de sancto felice. Tuschulanum florioli de tusculano Johannem de cerabellis de rivoltella, zilianum quondam ziliani de gardono. Johanellum de gazanis de vulzano et peterzolum quondam Bertolamei avancij de manerva. Ad hoc per generale consilium ipsius comunitatis electos de mense septembribus Anni cursi Millesimi trecentessimi octuagessimi quinti et martij anni currentis Millesimi trecentessimi octuagessimi sexti, nona Indictione. Et deinde confirmatum per Illustrem principem et excellentissimum dominum dominum nostrum Comitem Virtutum Imperialem Vicarium generalem et ceter. per suas litteras dat. mediolani die nono aprilis Millesimo et Indictione proxime supracscriptis et registratos in fine presenti Voluminis.

Rubrice Statutorum criminalium comunitatis riperie lacus garde.

Forma sacramenti prestandi per rectorem comunitatis riperie lacus garde	i
De salario dicti rectori	ii
Quod potestas vel capitaneus non possit accipere aliquid compromissum	iii
De solutionibus quas recipere potest notarius domini pote- statis ad civilia	iv
Quod elligantur sex sindici seu deputati	v
De salario infrascriptor. sindicor. seu deputator.	vi
De electione officialiū dicte comunitatis	vii
Quod massarius dicte comunitatis debeat recipere omnes in- troitus dicte comunit. et expensis facere	viii
Quod aliquid laborerium fieri non debeat expensis dicte co- munitat. mandato d. capitanei	viii
Quod quolibet comune comunitat. predicte teneatur con- stituere sindicum qui promittat et satisdet in manibus domini potestatis	x
De modo faciendi potestas et partita in consilio	xi
Quod nemo audeat loqui in consilio	xii
De salario ambaxiatorum dicte comunitatis	xiii
Quod potestas sive capitaneus non possit petere nec habere aliquos lectos nec aliq. alias masericias expensis comunit. predicte	xiiii
De ordine procedendi in criminalibus et primo de acusa- tionibus	xv
De modo et forma procedendi in maleficijs	xvi
Quod dom. potestas seu Iudex malefic. faciat citari acusatum	xvii
In quibus casibus possit procedi per inquisitionem	xviii
De non inquirendo rixas factas inter virum et uxorem	xviii
Quod per officium procedi possit contra nominatos per male- fatores	xx

Quod in dilatatione seu termino non computetur dies termini	xxi
Quod accusatus vel inquisitus de aliquo crimine ex quo pena sanguinis veniret imponenda teneatur venire personaliter	xxii
Quod nullus idonee satisdans detineatur	xxiii
Si pendente inquisitione supervenit acusator	xxiv
Quod capitula intelligentur admissa	xxv
De testibus diligenter examinandi	xxvi
Quod nullus puniatur corporaliter nisi lege municipalici ca- veatur	xxvii
De defensione competenti danda ante condennatione	xxviii
Quod condennationes fiant pure et non sub conditione	xxviii
A quibus sententijs criminalibus non potest appellari	xxx
Quod bamnitus soluta condemnatione canzeletur de bamno	xxxi
Quod in condemnationib. ponatur nomen et cognom. con- denn. et partis	xxxii
Quod processus et condemnationes possint fieri de forasterijs licet nomen et cognomen rey non sit in eis	xxxiii
Quod spoliatus restituatur in possesione in qua erat tempore spoliationis	xxxiv
De delatione certorum verborum in causis criminalibus	xxxv
De pena accusantis qui non possit substinere	xxxvi
De pena maledicentis deum vel beat. Virginem Mariam	xxxvii
De pena maledicentis sanctum et sanctam	xxxviii
De pena dicentis alicui verba iniuriosa	xxxix
De pena facientis insultum sine percussione	xl
De eodem ad domum habitationis	xli
De pena facientis percussionem cum gladio seu armis vetitis si non occiderit	xlii
De eodem	xliii
De percussione sine armis vetitis	xliii
De pena membrum amputantis vel oculum erventis	xlv
De pena debilitantis membrum	xlii
De pena sgrafignantis aliquem	xlvii

De pena mordentis aliquem	xlviii
De pena proiecentis aliquem in terram	xlviii
De pena proiecentis lapidem fraudolenter	i
De pena decapilantis aliquem	li
De pena sburlantis aliquem	lii
De pena delacerantis pannos alterios	liii
De pena comitentis homicidium	liii
De asasinis et eorum pena	lv
De paricida capite puniatur	lvi
De pena rapientis mulierem honestam	lvii
De pena mulieris habentis maritum committentes stuprum vel adulterium	lviii
Quod sodomite igne concrementur	lviii
De pena tenentis seu exercentis privatum carcerem	lx
De pena tenentis aliquem inclusum et qui non fecerit eum redimere	lxii
De pena illius qui per metum fecerit aliquem redimere	lxii
De pena trabutantis aliquem	lxiii
Quod fures et latrones possint impune capi dum coasi- gnentur	lxiiii
De pena impedientis ne detenti fures vel malefactores con- signentur	lxv
Qualiter universitates teneatur dare auxilium ad consignan- dum malefactores	lxvi
De pena capientis aliquem, ut malefactorem et non consi- gnatis eum	lxvii
De pena afferentis aliquem malefactorem de manibus familie domini potestati	lxviii
Quod stachum et robaria idem intelligatur	lxviii
De pena committentis robariam vel stachum extra comuni- tates terras et domos habitatas	lxix
De robaria et stacho comissis in comunitate vel terra seu domo habitata	lxxi

De pena plagiarij	lxii
De pena benefici	lxiii
De pena maleficiorum	lxiv
Quod fur famosus furchis suspendatur	lxv
De pena furris non famosi furtum committentis	lxvi
Quod furtum non excedens soldos decem parvor. non intelligatur in cohacervatione furtorum	lxvii
De receptatoribus furtorum et robariarum et eorum pena	lxviii
De pena illius qui se reduxerit in terra in qua est oriundus cum furto vel robaria alibi factis	lxviii
De pena receptantis bannitum de rebelione	lxix
De pena facientis vel fieri facientis falsam monetam	lxxi
De pena portantis seu portari facientis scienter fals. monet.	lxxii
De pena falsificant. sigillum dom. nostri vel comunit. riperie	lxxiii
De pena falsificantis scripturas existentes ad cancellarium comunitatis vel ad cameram seu in archivio vel massarias dicte comunitatis	lxxviii
De pena facientis seu fieri facientis cartam vel scripturam falsam	lxxv
De pena producentis cartam vel condemnationem falsam	lxxvi
De falsitate banni	lxxvii
De pena facientis officium ministralie qui non sit ministralis	lxxviii
De pena ministralis facientis falsam ambaxiatam vel relationem	lxxviii
De pena producentis instrumentum falsum factum ad ejus postulationem	lxxx
De pena illius qui dixit falsum testimonium in causa criminali	lxxxxi
De pena producentis falsos testes vel eius utentis	lxxxxii
De pena illius qui dixerit falsum testimonium in causa civili	lxxxxiii
De imbremituris notarij infamati gubernandis	lxxxxiii
De notario infamato	lxxxxv
De pena banniti vel condennati de falso	lxxxxvi
De pena comitt. falsum aliter quam lege municipaliter sit cautum	lxxxxvii

De incendio	lxxxxviii
De pena dantis damnum aliter quam per incendium	lxxxxviii
Qualiter comunia teneatur ad restitutionem pro danno dato	c
De pena amoventis fraudulenter terminum seu terminos aliquos	ci
De pena cavantis in preiudicium alterius	cii
De pena prohicientis immundicias in vijs	ciii
De nulla domus vel sedumen devastetur in comunit. riperie	ciiii
De pena afferentis bannitum vel malefactorem qui consign. voluerit	cv
De pena defferentis intra muros et confinia riperie hominem occisum	cvi
Quod minor xiiii. anni non puniatur corpore	cvi
De pena illius terre in qua banniti de maleficio inventi fuerint conversari	cvi
De arbitrio domini potestatis contra impedientes volentes capere malefactores	cvi
De penam rumpentis pacem	cx
In quem pervenire debet pena propter pacem ruptam	cxi
De pena iniuriantis dominum potestatem	cxi
De pena temptantis corumpere dominum potestatem	cxiiii
De pena offitialis comunitatis committentes fraudem vel fur- tum seu baratariam	cxiiii
De pena facientis pignorationem sine licentia judicis	cxxv
De pena tenentis ludum bislacie vel prestantis	cxxvi
De pena ludentis ad bislaciam	cxxvii
De pena ludentis in nundinis vel mercatis	cxxviii
Quod omnes obligationes contractus et distractus factus oc- caxione ludi non valeant	cxxviii
De procedendo contra infamatos de bislacia	cxx
Quod non teneantur taberne contra infrascrp. formam	cxxi
Quod tabernarij aut vendentes aliquid ad minutum non credant filiis familias nec familis	cxxii

Quod consules et omniales terrarum communitatis teneant de-	
nunciare ludentes	cxxiii
De averitatoribus et eorum pena	cxxiiii
De pena euntis de nocte cum armis et sine lumine	cxxv
Quod requisitus statim dicat nomen et cognomen suum	cxxvi
De pena portantis arma vetita	cxxvii
De pena portantis ferrum fraudulosum	cxxviii
De pena stipendiarij mutantis sibi nomen	cxxviii
De pena facientis societatem aut invitamentum vel ligam improbam	cxxx
De pena dannati de heresi	cxxxi
De pena facientis vel procurantis contra jurisdictiones co-	
munitatis	cxxxii
De pena tractantis contra statum pacificum communitatis	cxxxiii
De invitamentis	cxxxiiii
De eodem	cxxxv
De non currendo ad rumorem tempore rumoris	cxxxvi
Quod foresterij non intrent domos hominum	cxxxvii
De pena superstitum carcerum	cxxxviii
De fractore carcerum	cxxxviii
De pena superstitis carcerum gravantis carceratum indebite	cxxxx
De pena vendentis eandem rem immobilem duobus empto-	
ribus	cxli
De pena vendentis fictaliciam rem pro aladio	cxl ii
De pena non designantis terras quas tenet ad livellum	cxl iii
De pena negantis se debere fictum	cxl iii
Quod comunia communitatis riperie et eorum singulares per-	
sone teneantur in suis extimis poni facere bona livellaria	cxl v
De pena committentis vel comitti facientis spoliationem in re	
immobilem	cxl vi
De vi molestativa turbativa vel inquietat. possession.	cxl vii
De inviolentij agnati teneantur pro agnatis non suppositis	cxl viii
De violentijs notificandis	cxl viii

De calumniatus de violentia detineat. quousq. satisdederit	cl
Quod in crimine spoliationis inquietationis vel turbationis procedatur sumarie	cli
De advocate et procuratore dando deponenti querimoniam de violentijs	cii
Quod statuta de violentijs mandentur executori	ciii
Quod banniti de maleficio possint impune offendere	ciii
Quod banniti de maleficio non admittantur	clv
De maleficijs notificandis	clvi
De bannito de rebellione	clvii
Quod jus creditorum et ascendentium sit salvum	clviii
Quod tenentes bona bannitor. et rebellium restituant ea comunitati	cix
Quod bona bannitorum perveniant in comunitatem salvo jure	clx
De bonis bannitorum inquirendis et faciendis pervenire in comunitatem	cxi
De pena bannitis auxilium consilium vel favorem alicui bannito	clxii
De suspensio banniti seu banni habeatur pro abolitione vel infra	cixiii
Qualiter dominus potestas et eius judex ad petitionem aliqui teneatur aliquem cogere ad satisandum	cixiij
De subditis terrarum domini venientibus a partibus inimicorum ad offendendum tempore guerre	clxv
De quibus possint cognoscere vicarij et consules terrarum comunitatis riperie	clxvi
De pena conquerentis de aliquo coram alio judice quam judice comunitatis riperie	clxvii
De pena comun. comunit. habitant. statuta contra statuta dicte comunit.	clxviii
De pena imposta bubulcis ascendentibus plaustra	clxviii
De pena duplicitis tempore noctis	clxx
De strata publica aptanda	clxxi

De pena tractantium contra statu domini et comunitatis riperie	clxxii
De solutionibus ministralium et baroariorum domini pote- statis comunitatis ripere	clxxiii
De salario ministralium concesso pro ambaxiatis per eos fiendis	clxxiiii
Quod elligantur sex ministrales	clxxv
De solutionibus recipiendis per notarios deputatos seu de- putandos ad civilia	clxxvi
Quod aliquis qui non solvat onera et factiones cum comu- nitate ripere et qui non sit maior annis decem octo non possit habere officium	clxxvii
Quod dominus potestas vel ejus vicarius seu officialis non possit dare vicarium alicui terre vel universitati comu- nitatis ripere	clxxviii
Quod nemo audeat vendere vel alienare possessionem ali- quam alicui forensi	clxxviiii
De pena portantis bladum extra territorium ripere	clxxx
De pena conducentis bladum vel legumina extra terras de rivoltella et desenzano per aquam absque licentia domini potestatis	clxxxii
De quodlibet comune comunitatis ripere habeat suum con- scilium ordinatum	clxxxiiii
Quod mensure communium comunit. debeant bulari	clxxxiii
De pena non tenentis passum consuetum	clxxxiiii
De pena mensuratis pannum per cimiosam	clxxxv
Quod statuta comunitatis in hoc volumine non inserta de cetero non serventur	clxxxvi
Quod illustris et magnif. dom. dom. noster possit addere minuere corrigere et emendare presentia statuta	clxxxvii
Confirmatio presentium statutorum facta per prelibatum do- minum dominum nostrum	clxxxviii
Publicatio dictorum statutorum	clxxxviiii

Forma sacramenti prestandi per rectorem comunit. riperie lacus garde. i

Ad honorem et reverentiam Sancte et Individue trinitatis Immen-
seque mayestatis et gloriose Beateque semper virginis Marie ac totius
curie celestis, nec non ad exaltationem laudem ac bonum tranquillum
et pacificum statum Inclite dominationis illustrissimi et excellentissimi
principis et domini domini Mediolani Imperialis Vicarij Generalis
comitis virtutum. Iuro Ego. Potestas Capitaneus Rector per prefatam
dominationem in comunitate riperie lacus garde, Vallibus tenensis
et Sabij earumque Iurisdictionum et districtum electus et deputatus
ad sancta dei evangelia tactis scripturis, quod bona fide sine fraude,
possetemus, conservabo, detinendam manutenebo, terras castra loca
universitates, et singulares personas, earumque bona totius comuni-
tatis et Vallium predictarum earumque districtum et Iurisdictionum
et quod faciam et reddam et fieri et redi faciam per meos officiales
in civilibus et criminalibus Ius et Iustitiam quibuscumque personis
tam in minoribus et mediocribus quam maioribus sine acceptione seu
exceptione aliqua personarum, Et cuilibet comuni terre Universitati
et collegio secundum formam decretorum Statutorum ordinamento-
rum Provisionum Reformationum ac rescriptorum Magnifici excellen-
tissimi domini dom. prelibati, Et comunitatis riperie memorate tam
factorum et editorum quam etendorum et fiendorum, Et ubi illa defi-
cierent vel non loquerentur secundum formam iuris communis et con-
suetudinum descriptarum in volumine statutorum eiusdem comuni-
tatis. Et quod non expendam nec expendi faciam neque promittam
de Auxere dictae comunitatis nisi in ipsius voluntatem et proficuum,
et quod non recipiam nec recipere promittam aliquem de mea fami-
lia. Aliquod ab aliqua persona comuni collegio vel universitate ultra
salarium michi et dictae mee familie promissum seu concessum et de-
putatum pro dicta mea potestaria capitanatu et Regimine exercendis,
Item quod non petam nec dari nec concedi promittam michi aut
alicui de mea familia directe vel indirecte aliquod arbitrium generale
vel spetiale. In aliquo casu exceptis punctibus et casibus specificatis

et expressis in voluminibus statutorum predictorum ac specificandis et expiimendis. Et si daretur nullo modo tali Arbitrio utar nec illud exercebo. Et quod non patiar nec consentiam tolli vel amoveri seu suspendi aut alio quovismodo mutari Imperpetuum vel ad tempus aliquod statutorum dicte comunitatis contentum in voluminibus statutorum cuiusdem comunitatis nec aliquod fieri in fraudem predictorum nisi secundum formam decretorum et statutorum predictorum. Item quod habebo et tenebo toto tempore mei regiminis unum sufficientem et expertum Jurisperitum pro Vicario et Iudice maleficiorum unum socium seu colateralem exercitatum, Unum sufficientem canzelarium, qui etiam exercere debeat officium maleficiorum unum sufficientem conestabilem baroariorum et baroarios duodecim sufficientes in Reginime meo. Inter quos non ducam seu non tenebo aliquem Jurisperitum collateralem Canelarium conestabilem nec baroarium qui steterit seu steterint cum aliquo meo predecessore in riperia predicta saltem per quatuor annos proxime preteritos. Insuper quod generaliter omnia dicte comunitatis statuta ordinamenta que decretis vel mandatis Magnifici domini dom. prelibati non repugnarent seu obviarent per me et meos officiales observabo et observari faciem ut supra. Et predicta omnia et singula promitto et Juro ego potestas seu capitaneus et Rector antedictis Sindicis dicte comunitatis riperie. Et pro ipsa comunitate et ejus nomine Recipientibus Ita attendere et observari attendi et observari facere ut supra Salva semper in omnibus voluntate et dispositione Illustris. et excel. domini prelibati.

De salario domini potestatis.

ii

Item statutum et ordinatum est quod dominus potestas seu capitaneus et Rector comunitatis riperie lacus garde habeat et habere debeat singulo mense sui regiminis pro eius et suprascriptorum eius vicarij, collateralis, notarij conestabilis et baroariorum Eiusque Famille Universe Libras Centum quinquaginta tres, et soldos duodecim planetis quod salarium sibi, tam presenti quam futuro solvant et solvi debeat ad viginti dies cuiuslibet mensis per massarium seu texaura-

rium comunitatis predicte deputatum et deputandum ad introitum ipsius comunitatis recipiendos et expendendos eius nomine faciendas. Et intelligatur officium cuiuslibet potestatis seu capitanei tam presentis quam futuri incipisse et incipere quo ad salarium percipiendum ab ipsa comunitate ea die solomodo quo applicuerit ad terram in qua habitaverit seu habitare debet vel debebit regimen dicte comunitatis. Cum familia sua de cuiusquidem salarij solutione facta per dictum massarium seu texaurarium teneatur ipse dominus potestas seu capitaneus facere confessionem de solutione per publicum instrumentum ipsi texaurario seu massario nomine dicti comunitatis recipienti. Si per ipsum massarium seu texaurarium*, de hoc fuerit requisitus. Sub pena ipsi potestati seu capitani requisito et recusanti librarum viginti-quinque parvorum.

Quod dom. potestas vel capitan. dicte riperie vel aliquis de eius familia non possint recipere nec accipere aliqd. compromissum. iii

Item quod aliquis potestas seu capitaneus vel rector comunitatis predicte presentis vel futuris vel aliquis eius Vicarius vel officiales quivis sit non possit nec debeat recipere vel acceptare aliquod compromissum vel arbitramentum super aliquo negotio questione vel causa quod vel que verteretur vel verti posset coram eis vel aliquo eorum inter alias personas comunia collegia vel universitates comunitatis predicte sub pena ipsi potestati seu capitanei librarum centum parvorum pro quolibet compromisso et arbitramento, et cuilibet eius Vicario et officiales librarum quinquaginta parvorum pro quolibet et qualibet vice. Et nichilominus compromissum vel arbitramentum in eis vel aliquo eorum factum, et quicquid eorum vigore sequutum fuerit ipso iure et facta irritum sit inane et nullius valoris et momenti.

De solutionibus quas recipere potest notarius domini potestatis ad civilia. iv

Item quod notarius dicti domini potestatis seu capitanei qui nunc

est et per tempora erit, non possit nec valeat recipere ab aliqua persona dicte comunitatis pro aliquibus scriptis quas faciet nisi per modum suprascriptum. Videlicet de qualibet litera confirmationis alicuius vicarij soldos sex parvorum. De qualibet satisdatione per eum scribenda prestanda per aliquem sindicum nomine alicuius communis soldos sex parvorum. De qualibet satisdatione prestanda per aliquam singularem personam vel eius nomine scribenda ut supra soldos tres parvorum. De qualibet accusa vel denuntiatione scribenda ut supra soldos tres parvorum. De qualibet excusatione vel defensione fienda scribenda ut supra cum satisdatione dicta de causa et cum responsione et exceptionibus propositis seu proponendis contra accusam seu denunciam seu inquisitionem soldos quinque parvorum. De qualibet teste qui supra dictis examinabitur et recipientur si fuerunt quatuor vel ab inde infra soldos tres parvorum pro qualibet. Si vero a quatuor super examinati et recepti fuerunt percipere possit tantum unum soldum et denar sex pro qualibet teste, de qualibet canzelatione condemnationis soldos quatuor parvorum. Et quod dictus notarius teneat et debeat, cuilibet parti petenti facere copiam de actis et scripturis et pro qualibet facie carte quam scribet pro exemplo bene et congrue scripta denarios sex pena cuilibet notario contrafaciendi maligno predictorum casuum pro qualibet vice librarium quinque parvorum. Et nichilominus teneant ad restitutionem eius quod habuisset vel receperisset ultra predicta. Et quod ipse notarius teneatur et debeat facere duo exempla quorumcumque condemnationum per ipsum publicandarum in cartis membranis sibi dandis expensis dictae comunitatis. Quorum unum teneatur penes se Reliquum vero det nascario sive uni ex rationatoribus tunc dicte comunitatis infra tertiam diem post quam eas publicaverint sub pena librarum quinque parvorum.

Quod elligantur sex sindici seu deputati.

v

Item quod elligantur sex sindici seu deputati de terris dicte comunitatis finito tempore illorum sex qui ad presens sunt seu ante saltem per quindecim dies quorum officium durare debeat tantum tri-

bus mensibus. qui sic electi seu elligendi esse debeant pro eorum officio exercendo in terra in qua habitat vel habitabit dictus dominus potestas seu capitaneus quolibet die sabati et quotiescumque requisiti fuerint mandato dicti domini potestatis seu capitanei et de ea non recedere sine speciali licentia ipsius domini potestatis seu capitanei vel eius Vicarij. Sub pena cuilibet non venienti ut supra aut recedenti contra dictam formam soldorum quinque parvorum pro quolibet die et qualibet vice, et amissionis salarij sin illius diey et dierum quibus steterit absens. Et sic successive per quindecim dies ad minus ante exitum officij predictorum fiat nova electio aliorum sex durativa ut supra. Qui Sindici seu deputati elligendi ut supra teneantur et debeant promittere et iurare in principio suo regiminis in manibus unius et rationatoribus dicte comunitatis ipsius comunitatis nomine recipientis de non proponendo in consilio dicte comunitatis nec consulendo nec consuli promittendo de donando aliquid de avere dicte comunitatis alicui persone ecclesiastice vel seculari nisi esset evidens causa per quam fieret utilitas dicte comunitati. Sub pena cuilibet contrafaciendi librarum decem parvorum pro quolibet et qualibet vice et amissionis salarij et officij sui. Quam promissionem scribere teneantur dicti actionatores super libro provisionum dicte comunitatis sine aliquo premio.

De salario suprascriptorum sindicorum seu deputatorum. vi

Item quod dicti Sindici seu deputati tam electi quam elligendi teneantur et debeant interesse omnibus consiliarijs dicte comunitatis et omnibus rationibus de cetero fiendis per massarium seu texaurarium dicte comunitatis nisi subesset legitima causa, Et quod ipse rationes fiende non possint nec debeant sine eorum presentia vel maioris partis eorum. Et si aliter facte sunt non valeant nec teneant ipso iure Qui sindici seu deputati habeant et habere debeant singulo mense per eorum salario in suprascripta solutiones, videlicet si ipsi vel aliquis eorum fuerit de gargnano libras quatuor parvorum pro quolibet et si fuerit de terris de tusculano vel materno libras tres soldos qua-

tuor parvorum, de Gardo ⁱ⁾ de Salodo vel Vulzano libras duas parvorum, de buarno vel alijs terris montanee, libras quatuor parvorum. De terris campanee libras tres soldos quatuor parvorum de terris Vallistensis libras tres soldos quatuor parvorum pro quolibet. Quorum sindicorum tres de sufficientioribus et melius informatis de rationibus dicte comunitatis eorum tempore factis post eorum exitum interesse debeant prime rationi dicti massarij seu texaurarij fiende per successores suos absque aliquo salario sub pena soldorum viginti parvorum pro quolibet recusante qui requisitus fuerit vel citatus.

De electione offitium.

vii

Item quod quotienscumque casus acciderit eligendi aliquos officiales comunitatis predice tam notarios ad civilia quam rationatores et massarium dicte comunitatis quam etiam alios officiales quorum electionis modus aliter non sit in hoc voluminem specificatus dominus potestas sive capitaneus vel ejus locumtenens una cum deputatis dicte comunitatis teneatur et debeat facere convocari et congregari consilium ipsius comunitatis de omnibus terris eiusdem. Vide licet per Singulis viginti focholaribus unum hominem et sic pro rata. Qua congregatione facta homines ipsius consilii possint valeant et debeant sortibus facere electiones dictorum officialium hoc modo vide licet notariorum civilium rationatorum et massarij dicte comunitatis tribus sortibus et aliorum officialium una sorte tam pro quolibet officiales elligendo. Et quicquid factum fuerit per dictos consiliarios in predictis firmum sit et validum et observari debeat. Et quod sit pena cuiilibet de dicta comunitate citato vel requisito ad veniendum ad tale consilium qui venire neglexerit et excusaverit ad dictum consilium convocatum soldorum decem parvorum pro quolibet et qualibet vice et minus arbitrio dicti domini capitanei. Qui omnes officiales elligendi ut supra, in principio cuiuslibet eorum teneantur et debeant iurare, in manibus tunc domini potestatis seu capitanei dicte comunitatis vel eius vicarij de faciendo et exercendo officium sibi comissum seu ad

i) Gardone?

quod electus vel deputatus fuerit bene et legaliter omni dolo et fraude cessantibus sub pena omissionis dicti officij, et ultra de libris quinque parvorum pro quolibet: Et quod dictus massarius elligendus super introitibus et expensis dicte comunitatis habeat et habere debeat de salario singulo mense a dicta comunitate libras octo parvorum. Et rationatur unius qui sit et esse debeat liberatus et sufficiens habere debeat a dicta comunitate pro eius salario singulo mense libras novem et soldos duodecim parvorum. Qui rationatur scribere tenatur omes introitus dicte comunitatis per texaurarios seu massarios ipsius recipiendos, et expensas per ipsos massarios vel texaurarios nomine dicte comunitatis fiendas prout fieri ordinabuntur per consilium dicte comunitatis. Et etiam scribere omnes et singulas provisiones, et reformationes fiendas per dictum consilium, cuius rationatoris officium durare debeat sex mensibus tantum. Et hoc sub pena amissionis salarij eius illius mensis quo recusaret et negligens esset ad scribendum predicta quod perveniat in dictam comunitatem et quod stare ed habitare teneatur continue durante eius officio, in terra in qua habitabit dictus dominus potestas et de ea non recedere, absque eius vel vicarij sui licentia, sub pena predicta.

*Quod massarius dicte comunitatis debeat recipere omnes Introitus
dicte comunitatis et expensis facere.*

viii

Item quod massarius seu texaurarius dicte comunitatis teneatur et debeat recipere omnes Introitus cuiuscumque condictionis pertinentibus dicte comunitati. Et facere omnes expensas ordiuarias et que et prout fieri debere ordinabuntur per consilium dicte comunitatis seu sindicos vel deputatos ipsius comunitatis, qui tunc fuerint. Et quod dictus dominus potestas seu capitaneus et dicti deputati seu sindici teneatur et debeat facere seu fieri facere, singulo mense rationem dicti massarij seu texaurarij ad terminum per ipsos dominum capitaneum et deputatis limitandum, Cui rationi etiam interesse debeat dominus vicarius ipsius domini capitanei. ad penam libras quinque parvorum pro quolibet et qualibet vice, nisi justam causam habuit. Qui

massarius seu texaurarius recipere teneatur et debeat a quacumque persona aliquid sibi solvente nomine dicte comunitatis quacumque de causa omnem monetam que et prout ac secundum que currit et expendetur in et per dictam comunitatem. Salvo quod recipere non debeat nec possit in planetis ultra quintam partem eius quod salvi contigerit, tam per comunia quam per quamvis singularem personam. Et quod quelibet ratio dicti massarij, postquam facta calculata et summa fuerit infra octo dies debeat legi et publicari in consilio dicte comunitatis, et aliter facta non valeat, sed pro non facta habeant.

*Quod aliquid laborerium fieri non debeat
expensis dicte comunitatis mandato d. capitaneo* viii

Item quod aliquod laborerium vel aliqua expensa fieri non possit, nec fieri mandari per dictum dominum potestatem seu capitaneum in expensis vel de denarijs dicte comunitatis ultra sumam soldorum centum parvorum nisi cum consensu et deliberatione consilij seu deputatorum seu sindicorum dicte comunitatis, exceptis expensis et laborerijs que fieri mandarentur ipsi potestati seu capitan. per Illustrum et magnificum dominum dominum nostrum expensis dicte comunitatis, sub pena dicto capitaneo seu potestati contrafaciendi librarium Vigintiquinque parvorum pro qualibet vice.

*Quod quodlibet comune comunitatis predicte teneatur
constituere sindicum qui promittat et satisdet in manibus
domini potestatis seu capitanei* x

Item quod comune subiectum iurisdictioni dicte comunitatis infra decem dies continuos a die requisitionis facte per dictum dominum potestatem seu capitaneum vel eius mandato teneatur facere constitutere et ordinare unum idoneum et sufficientem sindicum ad promittendum, et satisandum nomine ipsius communis hominum et Universitatis eius dicto et coram dicto domino potestate seu capitaneo vel alio eius officiale ad hoc deputato seu deputando quod ipsum comune homines et persone eiusdem erant fideles, et obedientes ipsi domino

potestati, Et quod non facient nec tractabunt nec fieri nec tractari permittent pro posse eorum. Aliiquid contra honorem ac bonum et pacificum statum prefati Illustris et magnifici domini dom. nostri et comunitatis predicte, ac eiusdem domin. potestatis, Et quod observabunt decreta. Statuta ordinam, ac provisiones et mandata eiusdem domini nostri, et comunitatis predicte, ac ipsius domini potestati, tam facta quam fienda. Et etiam quod solvent massarijs seu texaurario dicte comunitatis deputato et deputando per eam omne et totum id quod ipsum comune et homines tenentur et tenebuntur decetero dicte comunitati quacumque ex causa pena et banno cuilibet comuni negligenti seu recusanti librarum decem parvorum. Ita tamen qua ipsa comunia dicte comunitatis nec aliquod eorum non teneatur nec cogi possiat ad promittendum et satisandum de predictis vel aliquo preditorum nisi semel tamen alicui potestati seu capitanei durante suo regimine.

*De modo faciendi potestas et partita in consilio comunitatis
pro provisionibus seu reformationibus fiendis*

xi

Item quod de cetero quotiescumque contingerit convocari et congregari consilium dicte comunitatis pro aliquibus nomine ipsius comunitatis perangendis dominus potestas sive capitaneus dicte comunitatis vel eius vicarius teneatur et debeat facere propositiones seu postas in ipso consilio de eo quod fiunt fiendum, Et super quacumque propositione seu posta sit facta quilibet consiliarius possit prout sibi videbitur in eius conscientia consulere et arengare. Quibus arengis et consilijs factis dictus dominus Vicarius teneatur et debeat facere partita inter ipsos consiliarios. Super qualibet propositione seu posta secundum quod fuerit consultum seu arengatum ad bussolas et ballotas, sive de levando ad sedendum. Ita tamen quod si dicta partita fieri contingerit ad bussolas et ballotas quilibet consiliarius ad penam xx. soldorum parvorum pro qualibet vice teneatur ponere suam ballotam secrete. In quam bussolam voluerint. Et quod quicquid Maiori parti dictorum consiliiorum placuerit seu per ipsorum maiorem

partem obtentum fuerit supra dicta propositione et posta habeatur pro proviso et ordinato et valeat et teneat ac firmitatem obtineat dummodo non contradicat decretis vel statutis prefati magnifici domini vel dicte comunitatis. Et si contra vel preter formam predictam, in toto vel pro parte aliquod de cetero reformari vel provideri contingat non valeat nec teneat, et ipso iure nullius sit momenti.

Quod nemo audeat loqui in consilio

xii

Item quod aliquis consiliarius dicte comunitatis post quam propositio facta fuerit in ipso consilio per dictum dominum potestatem seu capitaneum vel eius vicarius super aliquo facto vel negotio non debeat loqui nisi consulendo seu arengando super tali propositione sub pena soldorum duorum parvorum pro quolibet et qualibet vice, Et nichilominus quod consilium seu arengatum fuerit et ultra dictam propositionem non valeat ipso iure nec super eo aliquod partitum fieri debeat, vel reformatio aliqua.

De salario ambaxatorum dicte comunitatis

xiii

Item quod quilibet Ambaxtor qui electos fuerit ad eundum in servitio comunitatis pro aliqua ambaxiata fienda, extra iurisdictionem comunitatis predice habeat et habere debeat a dicta comunitate pro suo salario soldos viginti planet. pro quolibet equo et quolibet die steterit absens a dicta comunitate dicta de causa. Et quod in dicto tempore etiam computetur dies qua recesserit et dies qua applicaverit. Si vero fuerit aliquis pedester, ad aliquam ambaxiatam faciendam ut supra habeat et habere debeat ut supra soldos octo planet. per quolibet et qualibet die ut supra. Ita tamen quod aliquis qui non sit de dicta comunitate non possit nec debeat eligi per ambaxatore eiusdem comunitatis, sub pena librarum decem parvorum. Cuilibet elegenti aliquem contra formam presenti statuti. Et quod dicti Ambaxatores elegantur cum fuerit necesse sive per consilium dicte comunitatis sive per deputatos seu sindicos eiusdem vel maiorem partem

eorum. Et quicquid factum fuerit contra predicta vel aliquid predicatorum sit ipso iure nullum, ac si non esset factum.

*Quod potestas sive capitaneus non possint petere
nec habere aliquos lectos, nec alias alias massericias
expensis dicte comunitatis.*

xiii

Item quod aliquis potestas sive capitaneus dicte comunitatis non possit nec debeat petere aliquos ictos nec aliqua paramenta lectorum nec alias alias massericias sibi dari vel concedi vel aliter expensis dicte comunitatis vel aliquorum communium eiusdem, sub pena librarum vigintiquinque parvorum cuiilibet potestati seu capitaneo, et cuiilibet de sui familia Contrafacenti, et nichilominus, nec comunia ipsius comunitatis, neque dicta comunitas teneatur vel compelli possint, ad aliquid de predictis.

De ordine procedendi in criminalibus et primo de accusatoribus. xv

In omnibus criminibus seu maleficijs, in quibus accusator seu denunciator aperuerit non aliter procedatur nisi accusator vel denunciator in scriptis dederit accusam seu denuntiationem. In qua continetur nomen et cognomen accusantis seu denunciantis et nomen et cognomen accusati seu denunciati, et annus et mensis comissi criminis et locus in quo dicatur maleficium fore comissum et testes. Et nisi per accusatorem vel denuntiatorem furatum fuerit accusam seu denunciam veram esse, et nisi accusator seu denunciator ydonee satidederit de prosequenda accusa seu denuntiatione usque ad finem et de solvendo omnem condemnationem que fieret de ipso accusatore seu denuntiatore occaxione illius accuse seu denuntiationis non probate vel non prosecute et de restituendis expensis accusato seu denunciato fiendis occaxione illius accuse seu condemnationis. Si ille accusatus seu denunciatus non fuerit condemnatus de quibus expensis stetur sacramento acusati seu denunciati facta per Iudicem taxatione legitima. Salvo quod quo ad satisdatum prestandam per accusatorem vel denuntiatorem cum fideiussore non habeat locum hoc

statutum in personis quem iuraverint prope eorum paupertatem fideiussorum invenire non posse. Salvo etiam quod in acusationibus denuntiationibus vel inquisitionibus Carte false, vel false seu touse monete vel alterius falsitatis, non teneatur quis ponere locum mensem nec annum quod autem dictum est de nomine seu cognomine accusati seu denunciati non habeat locum si accusatus vel denunciatus sit foresterius vel vagabundus vel si accusator seu denunciator jura- verit se nescire eundem acusatum seu denunciatum aliud nomine vel cognomine habere. In casu vero ubi quis acusaret vel denunciaret aliquem de comune. Ex quo pena sanguinis vel persone venit impo- nenda. Si non prosequatur suam vel suorum iniuriam teneatur ideo satisdare de prosequenda acusa seu denuncia ut supra aut personaliter se captam constituere in carceribus comunitatis riperie in quibus detineatur donec solverit omnem condemnationem que fieret de eo occaxione illius acuse vel denuntiationis et restituitur omnes expen- das factas per acusatum seu denunciatum ut supra. Ubi vero quis suam vel suorum iniuriam prosequeretur in dicto nomine ex quo pena sanguinis ingeratur, qui fideiussorem dare non poterit et iura- verit ut supra non teneatur personaliter se captum constituere.

De modo et forma procedendi in mallefisijs.

xvi

Item statutum et ordinatum est quod dominus potestas riperie predicte et Iudex maleficiorum et uterque vel alter eorum teneantur et debeant quemlibet acusatum seu denunciatum vel inquisitum citari et requiri facere per public. ministral. dicte comunitatis perso- naliter vel ad domum sue habitationis. Si certam habitationem ha- buerit in districtu dicte comunitatis. Si vero certam habitationem non habuit, citari faciat eum ad locum comissi criminis seu ad bancum ubi jus redditur, et super platea terre, in cuius territorio criminem fuerit comissum in scriptis. In qua citatione contineatur nomen ac- cusati seu denunciati vel Inquisiti et maleficium de quo accusatur seu denunciatur vel inquiritur contra eum. Et quam citationem, te- neatur et debeat ipse ministralis dimittere tali acusato seu denunciato

vel inquisito personaliter vel eam figere super hostio domus habitationis seu solite habitationis eius in presentia duorum testium quemdem acusatum seu denunciatum vel inquisitum cognoscant. Si ipsum acusatum seu denunciatum vel inquisitum personaliter non invenerit, in qua etiam citatione contineatur terminus statuendus per ipsum dominum potestatem seu ludicem dummodo ipse terminus non sit minor trius dierum. Infra quem terminum talis acusatus seu denunciatus vel inquisitus, teneatur et debeat comparire coram ipso domino potestate seu dicto iudice maleficiorum ad se excusandum et defendendum ab accusatione seu denunciatione vel inquisitione contra eum facta vel producta seu formata. Que omnia et diem dicte citationis teneatur idem ministralis referre notario maleficiorum dicte riperie sub pena soldorum centum parvorum. Qui quidem acusatus seu denunciatus vel inquisitus si comparverit et se presentaverit, ad terminum sibi assignatum coram dicto domino potestate seu Judice maleficiorum teneatur et debeat promittere et idonee satisdare de stando et parenco mandatis dicti domini potestatis et Judicis maleficiorum et de solvendo omnem condemnationem de eo fiendam occacione talis accusationis seu condemnationis vel inquisitionis facte de eo si tale fuerit maleficium vel excessus pro quo pena pecuniaria sit imponenda. Quod si membra abscisionem vel mortem infigeret vel requireret tunc ponatur et detineatur in carceribus dicte comunitatis donec vel condemnatus vel absolutus fuerit. Salvo quod ante satisfactionem prestatam possit per se vel per procuratorem legitimum propnere et opponere exceptionem bamni seu condemnationis offensi et etiam exceptionis infra positae sub rubrica de non inquirendo rixas factas inter virum et uxorem. Eo tamen addito quod si sponte crimen confiteatur se comisisse ex quo foret tantam pena pecuniaria imponenda, tunc quarta pars pene sibi imponende eidem remittatur prope suam confessionem. Quodque etiam si pacem habuit vel concordiam cum offenso eidem remittatur medietas dicte pene sibi imponende ut supra. Si vero negaverit, et postea apparuerit cum dictum crimen comisisse contentum in accusatione seu denunciatione

vel inquisitione tunc condempnetur secundum formam statutis dicte comunitatis. Quod si infra terminum dictae citationis vel requisitionis non venerit nec comparverit legitime coram dicto domino potestate seu dicto Judice maleficiorum. Tunc teneatur ipse dominus potestas seu dictus Iudex maleficiorum ipsum talem acusatum seu denunciatum, vel inquisitum facere publice ponи in banno super vel in platea in qua habitabit dictus dominus potestas per publicum preconem seu ministralis dicte comunitatis, in et de ea quantitate vel pena, que de tali maleficio vel excessu potest et debet secundum formam statutorum dicte comunitatis. In quo banno ipsi acusato seu denunciato vel inquisito assignetur et detur terminum decem dierum continuorum ad comparendum coram eodem domino potestate seu Judice maleficiorum, ad se excusando vel a maleficio de quo contra eum proceditur. Et si ipse acusatus vel denunciatus seu inquisitus, infra dictum terminum dicti banni non venerit nec comparverit ut supra ad se deffendendum et excusandum cuin effectu ab eis de quibus contra eum proceditur. Sed contumax fuerit, tunc habeatur per confessio de omnibus maleficijs, de quibus acusatus seu condempnatus vel inquisitus fuerit. Et per inde condemnari possit ac debeat ac si legitime ore proprio fuisse confessus, nec profit sibi tunc talis facta confessio in aliqua remissione consequenda prout consequitur. compares et sponte confitens. Contro vero forensem procedatur in omnibus et per omnia ut superius dictus est, dummodo citetur et in banno ponatur ad banchum Iuris dicti domini potestatis et eius officii. Cuius citationis cedula contineat que superius scripta sunt continere debere cedulam citationis terrigene et ponatur et figatur, ac sua dimittatur ad dictum banchum tanto tempore quanto durabit terminus sibi in ea statutus et assignatus ad accomparendum. Insuper quod dictus dominus potestas et dictus Iudex et uterque eorum possint et valeant terminare et finire omnes et singulas acusationes denunciationes et inquisitiones nullo tempore vel termino eis prefixo in procedendo in predictis. Sed potius ipsum tempus procedendi eorum arbitrio terminetur. Quod quidem statutum vendicet sibi locum in quibuscumque

acusationibus denunciationibus et inquisitionibus tam factis et formatis ab eo tempora citra quo illustris princeps et magnificus dominus noster dominus comes virtutum Imperialis vicarius generalis obtinuit dominium dicte communitatis riperie lacus garde quam pendentibus et futuris.

*Quod dominus potestas seu Judex maleficiorum faciat citari acusatum
vel denunciatum seu inquisitum ut infra* xvii

Item quod porecta quacumque acusatione vel denuntiatione dominus potestas vel Judex maleficiorum teneatur et debeat facere citari et requiri quemcumque acusatum vel denunciatum infra terciam diem, a die porecte acusationis vel denuncie seu infra alium terminum prout sibi melius convenire videbitur.

In quibus casibus possit procedi per Inquisitionem xvii:

Item quod dominus potestas eiusque Judex maleficiorum possit de infrascriptis maleficijs et excessibus solummodo inquirire, et per inquisitionem procedere videlicet, de heresi, homicidio, assassinatu, proditione, falsitate, raptu, incestu, incendio, insulto, robaria, pace rupta, termino amoto vineis et arboribus fructiferis incisis seu extrapatis, violentia publica vel privata, ferita seu percusione sanguinolenta, et de verbis prolatiis contra honorem et bonum statum prefati illustris et magnifici domini nostri et communitatis predicte, ac etiam de quolibet maleficio ex quo veniat imponenda pena capitalis excepto adulterio. In quibus casibus solomodo dictus dominus potestas et dictus eius iudex et uterque eorum possint et valeant precedentibus legitimis iudicijs torquere et torqueri facere quascumque personas de ipsis maleficijs vel aliquo eorum inculpatas que iudicia scribi debeat in actis curie, per eius notarium maleficiorum. Et quod confessiones facte per tormenta seu eorum occaxione aliter seu in alijs casibus quam suprascriptum est non preiudicent confitenti sed nullius sint momenti. Et insuper quilibet officialis in ipsa comunitate ponens aliquam personam seu poni faciens ad torturam contra pre-

dictam formam puniatur et condemnetur in libris XXV parvorum applicandarum comunitati predicte nisi cautum sit Iure isto municipali.

De non Inquirendo rixas factas inter virum et uxorem xviii

Item quod de rixis de cetero committendis inter virum et uxorem parentes et liberos etiam si sanguis exiverit dommodo non interveniant mors vel membra abscissio seu debilitatio, non possit nec debeat inquiri per dominum potestatem nec aliquem eius officiales, nec fieri debeat de hijs denunciatio aliqua per ancianos contratarum vel sindicos seu consules aut alios officiales terrarum nec aliqui processus inde fieri debeat neque possint. Quodque etiam de aliquibus rixis, que de cetero committentur inter fratres et sorores consanguineos germanos et consanguineas germanas et patrum vel avunculum et nepotem vel nepotem etiam si sanguis exiverit dummodo mors vel membra abscisio seu debilitatio non sequatur similiter inquiri vel aliter procedi non possit ut supra nisi per accusationem prius factam vel fiendam per offensum vel offensam quo casu tunc iure ordinario procedatur contra delinquentem. Idemque observetur et fiat in percipientibus tamen sine sanguinis effusione aliquem de sua familia causa corectionis vel etiam percipientibus aliquam publicam meretricem, et etiam magistris verberantibus et corridentibus suos discipulos. Et si per aliquem officialis dicte comunitatis in aliquo de predictis contrafactum fuerit ipso iure et facto quicquid factum fuerit contra nullius sit momenti.

*Quod per officium procedi possit contra nominatos
per malefactores*

xx

Item quod potestas seu Judex suus maleficiarum procedere et inquirere possit et sibi licitum sit etiam sine acusatore vel denuntiatore contra quascumque nominatos per malefactores per illum seu illos qui condennati fuerint ad mortem qui confessi essent aliquem esse vel fuisse secum vel participem illius maleficij de quo puniatur ille confiteus receptatores scientur rerum robatarum vel furatarum

pro quibus puniatur ut supra. Et hoc tantum si talis nominans seu calumpnians in suo dicto vel calumpnia preservaverit usque ad horam ultimi supplicij et nominatus seu calumpniatus videbitur ipsi potestati suspectus. Eorumque notamus maleficiorum sub pena librarum vigintiquinque parvorum eundem condemnatum interrogare teneatur et debeat ad locum ultimi supplicij si preservat et preservare vult in nominatione seu calumpnatione et de eius responsione sive negativa sive affirmativa et prout fuerit inde publicum instrumentum reddigere et ponere in fine processus ipsius condennati in libro officij maleficiorum.

Quod in dilatione seu termino non computetur dies termini xxii

Item quod in qualibus dilatione sive termino hominis vel a iure in qua seu quo pluralitas dierum integrorum seu inceptorum, dies termini seu dilationis non computetur in termino sive dilatione. Eorumque si ultima dies termini sive dilationis inciderit in diem feriatam, sequentes dies non feriata per illa reputetur. Et predicta locum habeant tam in civilibus quam in criminalibus.

Quod accusatus vel inquisitus de aliquo crimen ex quo pena sanguis veniret imponenda teneatur venire personaliter xxii

Item quod si aliquis calumpniatus seu accusatus fuerit vel contra eum per offitium occaxione alicuius maleficij, ex quo ingeratur pena sanguinis procedatur. Et ea occaxione requisitus seu citatus fuerit, teneatur venire coram illo Judice cuius precepto requisitus fuerit personaliter et non per procuratorem per quem procuratorem nulla exceptio per quam impediatur processum possit opponi. Sed salvis suis exceptionibus veniat et postquam venerit ut supra possit uti omnibus suis iuribus et exceptionibus.

Quod nullus idonee satisdans detineatur xxiii

Item quod nullus occaxione alicuius maleficij ex quo non ingeratur pena sanguinis detineatur. Si paratus fuerit prestare ydoneam sa-

tisditionem et intelligatur satisdationem esse idoneam si fiat de tanta quantitate seu extimatione rey de qua seu quanta posset condemnare si probatum esset maleficium.

Si pendente inquisitione supervenit acusator xxviii

Item quod si passus iniuriam vel aliquo ex ascendentibus seu descendenteribus aut aliquo venientibus, tam in masculino quam ex feminino sexu, usque ad quartum gradum ut vir et uxor sacer et gener passii iniuriam comparvit coram domino potestate vel iudice maleficiorum deferens acusans vel denunciam similiter ante absolutionem vel condemnationem per offitium factam audiatur. Et per potestatem, vel iudicem maleficiorum procedatur vel super acusa vel supra inquisitione prout dicto potestati melius videbitur et facilius sibi fuerit veritatem contra delinquentem reperire, et ipsum de comisis punire et factam condemnatione vel absolutione super acusa ulterius non procedatur super inquisitione et conversi.

Quod capitula intelligentur admissa xxv

Item quod si dari voluerint capitula ad probandum sive ad offici-
sam sive ad defensam teneatur iudex ea admittere et admissa intel-
ligantur ipso iure, salvo iure impertinentium et non admittendorum
tempore disputationis in fine.

De testibus diligenter examinandis xxvi

Item quod iudex maleficiorum ubicumque contingerit eum recipere testem aliquem teneatur cum testem interrogare de veritate negotij de loco et tempore et quibus presentibus et etiam de alijs circumstantijs negotij sub pena librarum vigintiquinque parvorum.

Quod nullus puniatur corporale nisi lege municipi. caveatur xxvi

Item quod nullus corporaliter puniatur nisi lege municipaliter ca-
veatur. Scilicet alias seu aliter puniatur pecunialiter arbitrio domini
potestatis dicte riperie, inspecta conditione prime et qualitate de-

licti. Et intelligatur lege municipali tantum de puniendo quem pena corporali etiam ubi lege municipali cautum sit de puniendo arbitrio domini potestatis aliquem in avere et persona, et etiam ubi dictum sit per hec verba in avere vel persona.

De defensione competenti danda ante condennationem xxviii

Item quod neque potestas neque eius iudex maleficiorum nec aliquis alius magistratus iurisdictionem exercens possit nec debeat aliquem criminaliter condannare aliqualiter nisi primo data defensione competenti que non sit minor trium dierum personaliter vel eo personaliter citato vel ad domum secundum qualitatem et magnitudinem negotij illi quem condannare voluerit. Que defensio in actis scripta reperiatur. Et si qua condannatio criminalis facta fuerit non data defensione competenti ut supra non valeat nec teneat nec exigi possit sed ipso jure nulla sit. Quodquidem statutum locum non habeat in condemnationibus que fient super banno seu bannis.

Quod condannationes fiant pure et non sub contradictione xxviii

Item quod omnes condemnationes fiant pure, et non sub contradictione, et aliter facte non valeant nec exigi possint nisi aliter iure municipali sit cautum vel recipiatur seu aliter arbitrium super hoc foret concessum. Et predicta non intelligantur super vel condemnationibus que fierent super bannis.

A quibus sententijs criminalibus non possit appellari xxx

Item quod aliquis non possit se appelliare ab aliqua sententia seu sententijs lata seu lati in causis criminalibus, criminaliter decisis.

Quod bannitus soluta condannatione canzeletur de banno xxxi

Item quod si aliquis fuerit bannitus et condemnatus ex aliquo delicto. Et quo non ingeratur penam sanguinis. Quod ipso solvente et satisfacente dictam condannationem eximatur et canzeletur de dictis banno et condannatione. Et si bannitus fuerit tantum et non con-

dennatus ipso bannito solvente, id quod solvere deberet si condennatus fuisset secundum formam statutorum Canzeletur de ipso banno et ulterius non procedatur ad aliquam condennationem. Que canzelaiores fiant et fieri possint per notarium maleficiorum de mandato domini potestatis vel judicis maleficiorum vel per notarium presidentem ad dictum officium ostensa tunc sibi prius confessione solutionis.

Quod in condennationibus ponatur nomen et cognom.

condenn. et patris

xxxii

Item quod in qualibet condennatione criminali, que de cetero fiet per dominum potestatem vel alium iusdicentem debeat scribi nomine et cognomine condennati et patris eius et etiam fideiussoris, et contrafaciens, condennetur in libras viginti parvorum qualibet vice. Et ultra condennans teneatur conservare comunitatem indennem occasione illius condennationis. Quod statutum' non habeat locum in forasterijs, nec illis de quibus iudex investigaverit et scire non poterit.

Quod processus et condennationes possint fieri de forasterijs licet

nomen et cognomen rei non sit in eis

xxxiii

Item quod accusationes inquisitiones processus et condennationes fieri possint de forasterijs et contra eos licet nomen vel cognomen ipsius rei non sit in ipsis acusationibus inquisitionibus processibus et condennationibus vel aliquo eorum.

Quod spoliatus restituatur in possessione in qua erat

tempore spoliationis

xxxiv

Item quod quicumque spoliatus restituatur in ea posessione vel quasi in qua erat tempore spoliationis. Et hoc summarie sine strepitu et figure Judicij.

De declaratione certorum verborum in causis criminalibus xxxv

Item quod si in causa denunciatione vel aliqua alia scriptura criminali petatur sive dicatur aliquem debere condennari , vel aliquid aliud fierit secundum formam iuris , vel per alia equipollentia verba , predicta verba debeant referri intelligi et declarari ac declararentur quod intelligantur peti sive diei secundum formam statutorum comunitatis riperie nisi expresse declaratum sit de quo iure intelligatur.

De pena acusantis qui non possit substinere xxxvi

Item quod si quis aliquem acusaverit vel denunciaverit coram aliquo Jusdicente de aliquo crimine et ipsam acusam seu denunciationem prosecutus fuerit usque ad sententiam. Si lata fuerit sententia absolvatoria , talis acusans condennetur in libris quinquaginta parvorum. Si acusatio vel denunciatio fuerit de crimine ex quo pena sanguinis ingeratur. Et in libris decem parvorum , si fuerit de crimine ex quo pena sanguinis non ingeratur, scilicet pecuniaria usque ad libris centum parvorum, et ab inde infra. Si vero ingeratur pena pecuniaria ex tali acusatione vel denunciatione a libris centum supra condennetur in libris vigintinq[ue] parvorum quarum omnium penarum. In quolibet dictorum casuum, medietas proveniet in comunitatem et reliqua medietas in accusatum seu denunciatum ut supra, et in quolibet etiam dictorum casuum condennetur talis accusator seu denunciator in expensis accusato, seu denunciato taxandis per Iusdicentem.

De pena maledicentis deum et beatam Virginem mariam xxxvii

Item quod nulla persona blasfemet vel maledicat deum vel beatam Virginem Mariam sub pena amputationis lingue. Hoc salvo quod si infra decem dies a tempore quo pervenerit in fortiam comunitatis riperie posquam fuerit condennatus solverit libras vigintiquinque parvorum comunitatis predicte sit liberatus et absolutus ab amputatione lingue. Et quilibet possit talem personam acusare, infra decem dies, a die quo sit blasphemaverit , deum vel beatam virginem mariam , et

non ultra, nec etiam ultra, dictos decem dies contra eum possit nec valeat procedi per inquisitionem nec per officium.

De pena maledicentis sanctum vel sanctam xxxviii

Item quod nulla persona blasphemet nec maledicat aliquem sanctum vel sanctam sub pena libr. quinque parvorum pro qualibet et qualibet vice, et possit per quemlibet acusari et procedi per officium dom. potestatis usque ad decem dies, et non ultra, quam pecuniam si solvere non possit acriter fustetur per terram in qua habitabit dictus dominus potestas.

De pena dicentis alicui verba iniuriosa in iudicio vel extra xxxviii

Item quod si aliqua persona aliquem blasphemando nominaverit turpe verbum quod appellatur vermicans condennetur in libris quinque parvorum. Et si hoc fecerit coram potestate vel eius vicario condennetur in duplum. Si quis vero dixerit alicui verba iniuriosa extra iudicium condennetur in libris duabus parvorum pro qualibet vice, et si in iudicio vel coram domino potestate vel vicario in libris quatuor pro qualibet vice hoc salvo quod si quis dixerit alicui, tu es falsus vel falsarius seu aliquam falsitatem comisisti aut proditor seu productionem aliquam fecisti, sit ei pena libris viginti parvorum, Quarum omnium penarum huius statuti medietas sit communitatis predice et alia iniuriati. Salvo quod si partes de hoc convenerint, vel verba iniuriosa sibi remiserint contra eos nullatenus procedatur pro parte tangentie iniuriato. Quod quidem statutum nec aliqua eius pena non vendicit sibi locum inter parentes et liberas virum et uxorem et fratres habitantes in eadem familia.

De pena facientis insultum sine percusione xl

Item quod si quis fecerit insultum contra aliquem sine armis, et non percussit solvat communitati libris decem parvorum in pecunia numerata. Si vero insultum fecerit cum armis et sine ferita solvat communitati libris vigintiquinque parvorum in pecunia numerata. Et si

predicta fecerit in palatio vel platea, vel confinibus palacij vel platee,
Ubi per dominum potestatem jus redditur duplicitur pena.

De eodem ad domum habitationis

xli

Item quod si quis insultum fecerit ad dominum alicuius in qua habitat sive sit sua propria sive conducta sive gratis concessa. Si cum armis et sine ferita hoc fecerit condennetur in libris vigintquinque parvorum. Salvo quod si fieret Insultus ver percussio ad domum vel habitationem alicuius inter personas habitantes in eodem hospitio, aut sedumine vel domo per tali insulto vel ferita non puniatur ultra quam alias puniri posset, secundum formam statutis dicte communatis. Si fieret insultus vel percussio alibi quam ad domum habitationis insultati vel percussi. Salvo etiam quod predicta locum non habent in casibus comprehensis in statuto super posito, sub rubrica, de non inquirendo rixas factas inter virum et uxorem.

*De pena facientis percussionem cum gladio vetito**seu armis vetitis si non occiderit.*

xlii

Item quod quicunque cum gladio vetito seu armis vetitis percussit et non occiderit si sanguis exiverit, condennetur in libris centum parvorum. Si vero sanguis non exiverit in libris vigintquinque parvorum tantum. Et si hoc fecerit in palacio vel platea seu in confinibus dictorum locorum, vel de nocte quod pena duplicitur in utroque casu, quodque si ex predictis causis vel aliqua earum fuerit in banno positis, Et in banno preterierit quod etiam pene duplicantur, Et eo solvente dictas penas exumatur de banno.

De eodem.

xliii

Item si quis insultum fecerit contra aliquem et in ipso insultu per ipsum facta fuerit ferita puniatur proferita tantum secundum distinctionem casuum positorum in statuto proxime precedenti quod incipit. Item quod quicunque cum gladio et ceter. nisi esset maior pena que veniret imponenda propter insultum quam prope feritam

quo casu puniatur per delicto ex quo maior pena imponeretur. Si vero pene equales essent tam per insultu quam per ferita tunc puniatur tantum una dictarum penarum salvo quod si homicidium fuerit secutum puniatur tantum per homicidio.

De percussione sine gladio vetito et sine armis vetitis. xliv

Item quod si quis sine gladio vetito et sine armis vetitis percussit et non occiderit si sanguis exiverit condennetur in libris quinquaginta parvorum. Et si sanguis non exiverit in libris decem parvorum tantum. Et si in locis vetitis videlicet palacio vel platea seu in eorum confinibus vel de nocte percusserit et sanguis exiverit condennetur in libris centum parvorum, et si sanguis non exiverit in libris vigintiquinque parvorum. Si vero sagitando cum archu vel balista quis aliquem percuserit et vulneraverit dummodo mors, vel membra amissio non sequatur, condennetur in libris vigintiquinque parvorum. Et si non vulneraverit sed percuserit tantum in libris decem parvorum. Salvo quod si ex aliqua dictarum percussionum, cicatrix remanserit in facie, que facies intelligatur a gula supra dicte pene duplicantur. Et si ex predictis causis vel aliqua earum preterierit in banno quod pena duplicetur. Et eo solventes dicta penas exhumatur de banno.

De pena membrum amputantis vel oculum evelentis. xlvi

Item quod quicunque evulsit alicui oculum vel oculos seu nasum amputaverit, aut aliquem sgarlataverit, vel aliud membrum seu membra amputaverit, et citatus fuerit vel aliter ad rationem venerit, seu comparavit, condennetur et puniatur in libris quingentis parvorum pro quolibet ipsorum delictorum. Si vero ad rationem non venerit et in banno preterierit predicta pena duplicitur, nisi habuerit partem cum offenso, quo casu puniatur tantum in libris quingentis parvorum, quam penam si non solverit infra mensem a die delicti comissi amputetur ei manus in qua fuerit magis potens.

De pena debilitantis membrum.

xlvii

Item quod quicumque percusserit aliquem, cum armis et sine et ex percussione percusso membrum debilitaverit vel inutile fecerit puniatur et condennetur in libris ducentis parvorum.

De pena sgrafiantis aliquem.

xlviii

Item quod quicumque sgrafignaverit aliquem in vultu puniatur in libris decem parvorum. Et si in alia parte corporis sgrafignaverit, in libris quinque parvorum tantum, et si fecerit alicui lividum vel marcidum puniatur in libris viginti parvorum.

De pena mordentis aliquem.

xlix

Item quod si quis cum dentibus morderit aliquem, et ex morsura sanguis exivit condennetur in libris decem parvorum. Et si sanguis non exiverit in libris quinque parvorum tantum.

De pena proicientis aliquem in terram.

l

Item quod si quis aliquem proiecerit seu spinserit, et eum cadere fecerit in terram, si sanguis exiverit condennetur in libris sex parvorum. Et si sanguis non exiverit in libris quatuor parvorum tantum.

De pena proiecentis lapidem fraudolenter.

l

Item quod si quis proiecerit lapidem vel lapides contra aliquem vel aliquos fraudolose, et feritam non fecerit condennetur in libris quatuor parvorum. Et si fecerit percusione sine sanguinis effusione condennetur in libris viginti parvorum pro qualibet percusione. Et si cum sanguinis effusione in libris quadraginta parvorum pro qualibet percusione. Quod statutum non habeat locum in minoribus duodecim annis completis.

De pena decapilantis aliquem.

li

Item si qua persona decapilaverit aliquem condennetur in libris quatuor parvorum pro qualibet et qualibet vice. Salvo quod hoc locum non habeat in minoribus annis duodecim completis, nec in eo qui decapilaverit aliquem cum corrigendo.

De pena sburlantis aliquem.

lii

Item quod si quis aliquem sburlaverit sine sanguinis effusione condennetur in libris quatuor parvorum, et si cum sanguinis effusione in libris octo parvorum.

De pena delacerantis pannos alterius.

liii

Item quod si qua persona fraudolenter aut iniuriose laceraverit pannum vel pannos alicui persone condennetur in libris sex parvorum comunitati, et ad restitutionem extimationis seu valimenti draporum seu pannorum laceratorum damnum passo seu iniuriato in duplum. Et si aliquis ceperit aliquam personam per pannos fraudolenter ut supra sine laceratione condennetur tantum in libris quatuor parvorum comunitati pro qualibet et qualibet vice. Si quis vero, alicui capricium iniuriose acciperit de capite condennetur in libris duarum parvorum pro qualibet vice. Salvo quod si partes hoc sibi remisserint contra eos nullatenus procedatur.

De pena committentis homicidium.

liiii

Item quod si qua persona homicidium commisserit vel fecerit e ad rationem venerit. Et convictus vel confessus fuerit, capite puniatur ita quod moriatur. Si vero ad rationem non venerit in banno ponatur de homicidio in quo sit fuerit preteritis postmodo in fortiam comunitatis pervenerit capite puniatur ut supra. Et hoc casu videlicet quando preteritus est in banno bona eius publicentur et in comunitatem perveniant. Salvo iure creditorum contra comunitatem et bona quem fuerint preteriti in banno. Et salvo etiam iure assendentium et des-

sendentium ipsius preteriti in ipso banno et cuiuslibet alterius in ipsis bonis ius habentis alijs rationibus. Ita quod quilibet ascendens et descendens habeat suam legitimam portionem. Et quod de parte preteriti in banno que pervenire debet in comunitatem medietas sit ipsius comunitatis. et reliqua medietas heredem occisi. Salvo quod hoc statutum non vindicet sibi locum in minoribus XIIIJ. annis. Qui predictis puniantur tantum ut infra in statuto qualiter puniri debet minorum quatuordecim annis continetur.

De asasinis et eorum pena.

lv

Item quod si quis asasinaverit seu asasinari fecerit aliquem trahatur ad caudam equi vel asini seu muli usque ad furchas et ibi per gulam laqueo suspendatur. Ita quod moriatur et assasinus sit et intelligatur, qui precio vel promissione accepta aut precibus aliquem interficerit vel percussit. Si ex percussione sanguis exiverit similiter asasinus sit et intelligatur qui precio dato vel promisso, aut precibus aliquem interfici vel percuti fecerit cum sanguinis effusione.

Quod paracida capite puniatur.

lvi

Item quod paracida capite puniatur ita quod moriatur.

De pena rapientis mulierem honestam.

lvii

Item quod si quis per vim rapuerit mulierem honestam et ipsam adulteravit seu strupaverit capite puniatur. Si vero non per vim rapuerit sed alio quovismodo mulierem dum non sit meretrix publica vel famosa strupaverit seu adulteraverit puniatur et condennetur in libris centum parvorum. Et non intelligatur quem comisisse raptum mulieris nec violentiam, si de nocte vel de die aut in nocte vel in die reperta fuerit mulier esse in domo alicui tercie persone nisi ducento eam in dictam domum manifeste aparuerit aut probatum fuerit de violentia seu dolo. Quodque si aliquis tenuerit aliquam mulierem publice et palam per concubina aut amaxiam vel focariam, per mensem et ultra per ipsam taalem mulierem non possit accusari vel de-

nunciari nec per aliquem alium ex eo quod diceretur ipsam aliquam violentiam fecisse eidem mulieri seu amasie vel concubine vel eam per vim carnaliter cognovisse. Et quod qui sic publice tenuerit aliquam mulierem ut supra non possit dicta occaxione puniri nec condempnari.

*De pena mulieris habentis maritum committentis strupum
vel adulterium.*

lviii

Item quod si qua mulier habens maritum que non sit meretrix publica vel famosa sponte comiserit strupum vel adulterium capite puniatur, et ultra hoc amittat dotem suam in totum et omnem donationem, que aplicentur liberis matrimonij violati et illis non extantibus applicantur marito cuius torum violavit. Ad cuius mulieris criminis acusationem et prosecutionem non admittantur nisi infrascripte persone videlicet maritus illius mulieris mariti pater, mulieris pater, mulieris filius et mulieris frater. Et in tali casu nullius iudicens ex officio possit inquirire nec procedere etiam quantumcumque arbitrium reperiretur esse concessum. Si vero mulier non habens maritum, et que non sit meretrix ut supra sponte comiserit strupum condennetur in libris centum parvorum. Ad cuius criminis acusationem et prosecutionem non admittantur nisi infrascripte persone videlicet Avus, pater, filius, frater, patr. et consanguineus germanus. Et in tali casu nullus Iusdicens, possit inquirere nec procedere etiam quantumcumque arbitrium reperiretur esse concessum eijsdem penis puniatur lenones et mediatores tam mares quam feminine.

De sodomite igne concrementur

lviii

Item quod si quis inciderit in crimine sodomie igne concremetur, ita quod statum igne moratur ante quam familia domini potestatis recedat de loco suplicij.

De pena tenentis seu exercentis privatum carcerem

lx

Item quod quicumque tenens seu exercens per se vel alium privatum carcerem capita puniatur. Ita quod moriatur. Et intelligatur tenere seu exercere, per se vel alium privatum carcerem qui non ad executionem precepti alicuius Iusdicentis, seu alias non iuridice tenuerit seu exercuerit, aut teneri vel exerceri fecerit, aliquem contra eius voluntatem inclusum seu ligatum vel captum in aliqua parte per dies duos continuos, et non aliter.

De pena tenentis aliquem inclusum et qui non fecerit eum redimere

lxi

Item quod si quis tenuerit seu teneri fecerit aliquem inclusum seu legatum aut captum minori spacio duorum dierum continuorum et non fecerit eum redimere in aliquo puniatur in libris centum parvorum et minus arbitrio potestatis, considerata conditione persone, et qualitate delicti. Si vero fecerit eum redimere in aliqua quantitate excedente summam librarum centum parvorum seu in aliqua re aut facto vel iure excedente dictam quantitatem librarum centum parvorum, capita puniatur, Ita quod moriatur. Si autem fecerit eum redimere in quantitate, re, facto, seu iure non excedente quantitatem librarum centum parvorum. In avere tantum arbitrio potestatis puniatur. Inspecta condicione persone et qualitate delicti. Et nichilominus talis redemptio, et quicquid secutum fuerit ex ea, vel ob eam, nullius sit valoris et momenti.

De pena illius qui per metum fecerit aliquem redimere

lxii

Item quod si quis per vim vel metum fecerit aliquem redimere in aliqua quantitate re vel facto seu iure, non tunc tenuerit nec teneri fecerit eum inclusum nec ligatum neque captum puniatur in extimatione eius de quo fecerit eum redimere, et ultra in quadruplum, cuius quadrupli medietas applicetur redempto et alia comunitati. Et nichilominus talis redemptio, et quicquid secutum fuerit ex ea vel ob eam nullius sit valoris et momenti.

De pena trabutantis aliquem

lxiii

Item quod si quis trabutaverit aliquem in avere, arbitrio potestatis puniatur considerata condicione persone et qualitate delicti. Quod statutum non habeat locum in illis casibus trabutationis, in quibus alias esset dispositum per alia statuta.

Quod fures et latrones possint impune capi dum consignentur. Ixiii

Item quod quilibet possit impune capere fures, vel latrones seu malefactores, et cum eos vel aliquem eorum ceperit teneatur eos vel ipsum domino potestati et iudici maleficiorum consignare et consignari facere per formam infrascriptam, videlicet si eos vel eum ceperit in terra ubi habitaverit, seu in futurum habitavit dominus potestas, infra unam diem, Et si in alijs terris dicte comunitatis, Infra duos dies. Si vero in aliqua alia parte districtus dicte Riperie, Infra quatuor dies. Et si quis contrafecerit si fuerit singularis persona condennetur in libris quinquaginta parvorum. Et si fuerit universitas burgi seu terre in libri centum parvorum.

De pena impedientis ne detenti fures vel malefactores consignentur. lxv

Item quod si aliqua singularis persona vel aliqua universitas impediatur vel impediri fecerit quo minus aliquis qui captus seu detenus fuerit, ut fur seu latro vel malefactorum consignetur in fortiam comunitatis condennetur ut infra videlicet. Si fuerit singularis persona in libris quinquaginta parvorum. Et si fuerit universitas burgi vel terre, in libris centum parvorum et minus habita consideratione in primis burgis et terris.

*Qualiter universitates teneantur dare auxilium**ad consignandos malefactores.*

lxvi

Item quod pro consignatione fienda in fortiam comunitatis de aliquo capto, ut sure vel latrone, vel malefactore teneatur quemlibet universitas dare auxilium cum effectu. Si hoc fuerit requisitum seu

petitum per consignare nolentem. A consulibus seu alijs officiis, vel singularibus personis alicuius terre comunitatis predicte sub simili pena aposita in primo precedentibus statuto.

*De pena capientis aliquem ut malefactores
et non consignantis eum.*

lxvii

Item quod si quis ceperit vel aliter detinuerit, vel capi seu detineri fecerit aliquem ut surrem latronem vel malefactorem in comunitate riperie. Et hoc notificaverit infra unam diem consuli aut officiis vel saltem octo aut sex hominibus illius terre in qua vel cuius territorio eum ceperit vel detinuerit aut domino potestati infra terciam diem sive reperiatur culpabilis de delicto pro quo, vel captus, vel detentus erit sive non. Et sive consignetur dicte comunitati sive non, non incurrat penam statuti facti contra tenentes privatum carcerem, nec aliquam aliam penam. Si talis capiens operam faciat cum effectu suo posse, quod talis capitum consignetur in virtutem domini potestatis seu comunitatis predicte. Et si in predictis negligens fuerit condennetur per tali negligentia, in avere arbitrio domini potestatis. Inspectis conditione persone et qualitate delicti. Si vero ceperit cum in terra, in qua tunc habitabit dictus dominus potestas similiter notificationem ipsi domino potestati facere teneatur, vel Judici malefitorum. Infra unam diem, quod si fecerit incurrat aliquam penam.

*De pena auferentis aliquem malefactorem
de manibus familie dom. potestatis.*

lxviii

Item quod si quis auferet vel eximeret de manibus familie potestatis vel alterius qui in fortiam domini potestis conduceret aliquem furem vel homicidiam seu alium malefactorem bannitum, ad eo quod ipsum consignari et in fortiam Regiminis conduci non permiserit, condennetur illa pena qua puniri deberet dictus malefactor.

Quod stachum et robaria idem intelligatur.

lxviii

Item quod in Jure municipalis stachum et robaria idem intelligatur.

*De pena committentis robariam vel stachum extra comunitatem
terras et domos habitatos.*

lxx

Item quod si quis robariam fecerit vel scachum pecunie vel rei valentis a soldis centum parvorum super una vice vel pluribus coacernatis extra comunitates riperie, burgos vel vallas casinas et domos habitatas furchis suspendatur. Ita quod moriatur. Si vero pecunie vel rey non excedentis dictam quantitatem centum soldorum rubriam vel scachum quis fecerit extra loca predicta arbitrio domini potestatis puniatur, In avere vel persona considerata qualitate personarum et facti.

*De robaria et stacho commissis in comunitate vel terra
seu domo habitata.*

lxxi

Item quod quocumque fecerit robaxione vel scachum in comunitate riperie vel burgo casina vel domo habitata pecunie vel rei excedentis summam librarum quinquaginta parvorum furchis suspenditur, ita quod moriatur. Si vero pecunie vel rei, non excedentis dictam quantitatem librar. quinquaginta robariam vel stachum quis comisserit. In aliquo predictorum locorum, de quibus in presenti statuto fit mentio pro prima vice arbitrio dicti domini potestatis puniatur, considerata qualitate personarum et facti.

De pena plagiarij.

lxxii

Item quod plagiarius furchis laqueo suspendatur, ita quod statim moriatur.

De pena beneficij.

lxxiii

Item quod beneficij capite puniatur, ita quod moriantur.

De pena maleficiorum.

lxxiv

Item quod malefici, et malvegatores arbitrio potestatis puniatur in persona vel avere inspecta qualitate persone et facti.

Quod fur famosus furchis suspendatur.

lxxv

Item quod fur famosus furchis suspendatur, ita quod moriatur.

De pena furis non famosi furtum committentis.

lxxvi

Iten quod si quis fur non famosus furtum fecerit pecunie vel rei a libris quinquaginta parvorum super furchis suspendatur ita quod moriatur. Si vero a dicto valore infra quod sit a soldis sexaginta parvorum super quod non sit scachum vel robaria ut supradictum est in statutis de scacho et robaria loquentibus pro primo furto perforant ei auricule et fustigetur acriter per terram in qua habitabit regimine comunitatis nisi pacem habuit cum lesu quo casu tantum condennetur ad restitutionem furti dicto lesu in duplum, et ultra in libri viginti parvorum Camere comunitatis solvendorum quas si non solverit infra decem dies perforent ei auricule et fustigetur ut supra, pro secundo vero furto excedente valorem soldorum sexaginta ut supra, suspendatur ut supra. Salvo quod si pacem habuit ut supra, tunc tamen refficiat dannum in duplum, dannum passo et solvat comunitati ut supra infra decem dies libras quatraginta parvorum quas si non solverit ad dictum terminum ut supra. ante penam impos tam cum lesu quo casu tantum condennetur in libris vigintiquinque parvorum comunitati quos si non solverit infra viginti dies pes unus ei amputetur, pro tertio vero furto cuiuscumque quantitatis sit a soldis decem parvorum super suspendatur ut supra, nec proposit ei pax aliqua. Salvo quod si ipsa tria furtu fuerint omnia simul coacervata a valore soldis sexaginta parvorum infra puniatur arbitrio domini potestatis. Et ultra tria furtu fecerit suspendatur ut supra. Salvo etiam quod predicta non habeant locum, in impubere doli non capace. Si autem fuerit doli capax inpubes arbitrio indicantis puniatur inspecta qualitate persone et facti.

*Quod furtum non excedens soldorum decem parvorum
non intelligatur in coacernatione furorum.* lxxvii

Item quod in coacernatione furorum seu numero non appelletur furtum aliquod furto subtractum quod non excedat valorem soldorum decem parvorum.

De receptatoribus furorum et robariam et earum pena. Ixxxviii

Item quod receptator scienter furtorum robariarum et famosorum latronum furchis suspendatur. Ita quod moratur. Si vero quis aliquem associaverit ad furandum vel robandum, aut auxilium vel adiutorium ei prestiterit. Si comissum fuerit illud furtum vel rubaria simili pena puniatur qua puniri debet talis fur vel robator.

*De pena illius qui reduxerit in terra in qua est oriundus
cum furto vel robariam alibi factis.* lxxviii

Item quod quicumque fecerit robariam vel furtum in aliquo districtu et se receptaverit vel reduxerit cum ipsa robaria vel furto in riperiam vel terram vel eius districtus de qua ipse robator vel fur est oriundus puniatur eadem pena qua punieretur si eam robariam vel furtum fecisset in dicta riperia vel terra de qua oriundus est vel eius districtu.

De pena receptandis bannitum de rebellione. lxxx

Item quod receptator scienter banniti de rebellione, proditione, robaria, vel scacho eadem pena puniatur qua puniri deberet ille bannitus si in fortiam communitatis pervenisset. Receptator vero scienter rebelli non banniti arbitrio potestatis puniatur, in avere vel persona. Inspecta qualitate personarum et facti. Receptator autem scienter banniti de maleficio ex quo pena sanguinis ingeratur preterquam de bannitis de rebellione in persona vel avere puniatur arbitrio domini potestatis. Inspecta qualitate personarum et facti, hoc salvo et intellecto quod si quis ex predictis receptatoribus bannitorum vel non banni-

torum receptaverit aliquem eius agnatum vel cognatum seu affinem usque ad quartum gradum nulla pena corporali puniri debeat. Sed in avere tamen arbitrio potestatis puniatur, considerata condictione persone et qualitate delicti.

De pena facientis vel fieri facientis falsam monetam. lxxxii

Item quod si quis decetero fecerit vel fieri fecerit monetam falsam vel monetam tonsaverit seu tonsari fecerit, vel eam quovismodo falsificaverit seu falsificari fecerit, igne concremetur, ita quod moriatur si in fortiam communitatis predice pervenerit. Si vero ad rationem non venerit ponatur in banno maleficij in quo sit preterierit nullo modo eximi possit et eius bona quecumque publicentur. Salvo iure creditorum ascendentium et descendantium ut in statuto de homicidio continetur. Et si quo tempore pervenerit, in fortiam communitatis predice igne concremetur domus vero in qua dicta moneta fuerit falsificata seu tonsa vel alio quovismodo falso fabricata domino dicte domus hoc sciente publicetur et publicata esse intelligatur comiter et aliter non.

De pena portantis seu portari facientis scienter

falsam monetam.

lxxxiii

Item quod quicumque scienter portaverit seu portari fecerit aliqua monetam falsam mancham vel tonsam in communitate riperie vel districtus a quantitate librarum decem parvorum super. condennetur in libris mille parvorum et in ammissione talis monete quas libras mille si non solverit infra mensem unum a die dicte condemnationis dicta pena duplicitur. Et si quis vero portaverit vel portari fecerit monetam falsam ut supra a quantitate librarum decem parvorum, infra condennetur in ammissione monete et in tantundem. Si quis autem expederit seu expedi fecerit scienter vel etiam scienter reciperit vel recepi fecerit in communitate predicta vel districtu monetam falsam, a quantitate librarum decem parvorum super. condennetur in libris centum parvorum et in ammissione talis monete quam quantitate libra-

rum centum parvorum si non solverit infra mensem ut supra duplicetur ei pena. Si vero a quantitate librarum decem parvorum infra condennetur in amissione dicte monete et ultra in libris decem parvorum et minus arbitrio potestatis considerata condicione delicti et qualitate Iudicij quicumque autem acusaverit aliquem fecisse vel commisso contra predicta statuta, vel aliquod eorum contenta sub rubrica de moneta falsa et ceter. et ejus opere seu per eius Judicium acusatus pervenerit in fortiam comunitatis prediche. Et ob hoc condennatus fuerit dictis acusans habeat medietatem condennationis facte in pecunia de ipso taliter condennato. Salvo quod si ille fuerit condennatus ad mortem secundum formam statuti incipientis. Item quod si quis de cetero fecerit vel fieri fecerit monetam et cet. habeat dictus acusans de avere dicte comunitatis librarum centum parvorum.

*De pena falsificantis sigillum magnif. dom. nostri
vel comunitatis riperie.*

lxxxiii

Item quod si quis de cetero falsificaverit vel falsificari fecerit sigillum seu butelnum Illustriss. principis et magnifici domini nostri capite puniatur ita quod moriatur. Si vero falsificaverit sigillum vel butelnum comunitatis prediche vel alicuius universitatis seu collegij aut singularis persone puniatur arbitrio domini potestatis in avere vel persona, considerata qualitate delinquentis et delicti.

*De pena falsificantis scripturas existentes in canzelariam vel ad cameram
seu in archivio dicte comunitatis.*

lxxxiv

Item de quod si aliqua persona falsificaverit vel falsificari fecerit aliquam ex scripturis existentibus ad canzelariam, vel ad cameram seu massariam in qua tenentur banna et condennationes, vel alie scripture comunitatis prediche, vel ubi morantur rationatores seu gubernatores vel dictatores librorum ipsius comunitatis in palatio seu domibus dicte comunitatis, capite puniatur, ita quod moriatur.

*De pena facientis seu fieri facientis cartam
vel scripturam falsam vel acta publica.*

lxxxv

Item quod si quis fecerit, vel fieri fecerit cartam aliquam vel scripturam falsam, vel acta publica falsa, seu falsificaverat vel falsificari fecerit aliquam cartam, vel condennationem, seu attestationem vel dicta testimoniū aut confessiones vel testes vel acta publica scriptas vel scripta vel alias scripturas publicas manus in qua est magis potens ei amputetur, et si fuerit tabelio ultra dictam penam, ab omni officio et beneficio tabelionatus, sit perpetuo privatus ipso iure et facto.

De pena producentis cartam vel condennationem falsam. lxxxvi

Item quod si qua persona scienter produxerit in Judicio vel produci fecerit cartam falsam, vel condennationem falsam unumcumque ei evenerit, puniatur ea pena qua punietur faciens Instrumentum falsum. Et si ignoranter produxerit vel produci fecerit, et postquam interrogatus fuerit ab eo qui dixerit Instrumentum seu cartam arguere velle de falso non abstinuerit ab usu condennatur in libris centum parvorum possit tamen ab usu se abstinere, etiam postquam dixerit se velle uti infra dies decem sequentes nisi in Judicio exhibuerit auctorem suum, quo casu in nichillo condennetur. Sed eo casu potestas, et quilibet Jusdicens teneatur procedere, contra talēm auctorem ad penas predictas.

De falsitate banni.

lxxxvii

Item quod si quis scripserit vel scribi fecerit falso aliquem in banno, in civili negotio vel aliquem extraxerit, seu extrahi fecerit falso de banno in civilli negotio condennetur in libris centum parvorum. Et si fuerit bannum de maleficio manum amittat, et ulterius si fuerit tabelio, ab officio tabelionatus sit privatus ipso Jure.

*De pena facientis officium ministralie
qui non sit ministralis.* lxxxviii

Item quod si quis officium ministralie fecerit, qui non sit ministralis puniatur tamquam falsarius Instrumentorum.

*De pena ministrali facientis falsam ambaxiat.
vel relationem.* lxxxviii

Item quod si quis ministralis ambaxatam vel relationem falsam fecerit, condennetur realiter et personaliter arbitrio Jusdicentis Inspecta qualitate facti et conditione persone. Eodem modo puniatur in avere vel persona arbitrio domini potestatis, quicumque dictam ambaxatam, vel relationem falsam fieri fecerit, et potestas, et eius Judex maleficiorum possit et teneatur de predictis Inquirere et condennare ex officio.

*De pena producentis Instrumentum falsum
factum ad eius postulationem.* lxxxx

Item quod si quis produxerit aliquod Instrumentum factum ad eius vel sui missi postulationem seu procuratoris eius, et interrogatus fuerit utrum velit uti eo, au ne teneatur precise rendere sic vel non ea die de qua interrogatus fuerit. Et si renderit se velle uti eo, et Instrumentum ipsum probatum fuit falsum puniatur tamquam falsarius Instrumentorum.

*De pena illius qui dixerit falsum testimonium
in causa criminali.* lxxxvi

Item quod si qua persona falsum testimonium dixerit ut aliquis condennetur in causa criminali, puniatur ad penam qua puniendus esset ille contra quem falsum testimonium duxerit, si corporaliter veniret condennandus. Si vero pecunialiter tunc condennetur in duplum quantitatis que deduceretur in condennatione. Et si falsum testimonium dixerit, ut aliquis in causa criminali absolvatur similiter

puniatur ea pena qua puniendus esset ille in cuius favorem testimonium dixerit. Si corporaliter veniret condennandus. Si vero peccunialiter, tunc condennetur in duplum eius quantitatis que deduceretur in condennatione. Si processu alias probatus fuissest contra ipsum. Et si quis falsum testimonium dixerit, ut quis condennetur corporaliter vel personaliter ut supra. Si ille contra quem dictum testimonium dixerit fuerit absolutus vel non fuerit ea de causa condennatus ultra predictas penas condennetur qui falsum dixerit ut supra in expensis dampnum passi in duplum.

De pena producentis falsos testes vel eis utentis. lxxxxii

Item quod quicunque scienter vel dolose in causa criminali falsos testes produxerit seu eis usus fuerit, puniatur et condeunetur ut supra proxime.

*De pena illius qui dixerit falsum testimonium
in causa civili.* lxxxxiii

Item quod quicunque falsum testimonium dixerit ut aliquis condennetur in causa civili, condennetur in duplum illius quantitatis vel extimationis rei ut erat illa super qua falsum testimonium prohibuerit cum expensis et interesse. Cuius pene medietas perveniat in comuniam, et alia in illum contra quem falsum dixerit quam penam pecuniariam, si non solverit infra mensem unum a die condennationis et taxationis expensarum et interesse amputetur ei lingua et manus in qua est magis potens. Si vero falsum testimonium duxerit, ut aliquis absolvatur in causa civilli condennetur eodem modo quo puniendus veniret ille in cuius favorem falsum testimonium dixerit. Si processus alias probatus fuissest contra illum eisdem penis puniatur ille qui scienter et dolose, produxerit testes falsos in causa civilli ut supra, aut eis scienter et dolose usus fuerit.

De Imbreviaturis notarij infamati gubernandis. lxxxxiii

Item quod si dominus potestas vel alius Jusdicens, aliquem notarium infamaverit vel eum ab officio tabelionatus removerit teneatur eius. Imbreviaturas ¹⁾ infra quindecim dies post talem infamationem et privationem coram eo portari facere easque facere gubernari ad Cameram seu Archivium comunitatis predicte penes gubernatorem librorum ipsius comunitatis. Ita quod in eis falsitas aliqua committi non possit.

De notario infamato. lxxxxv

Item quod nullus notarius sive tabelio possit nec debeat officium tabelionatus in comunitate predicta nec eius districtu exercere. Si per dominum potestatem riperie seu eius vicarium, aut per collegium seu abbates collegij notariorum dicte riperie fuerit infamatus ad arengariam vel ad scalas palacij fraudem vel falsitatem aliquam in arte vel officio notarie comisisse. Et quicquid postea fecerit in dicta arte non valeat ipso iure et omni fide caret. Et ultra si ab inde in antea artem notarie exercuerit possit realiter et personaliter impune offendti et ulterius teneatur restituere interesse damnum passo.

De pena banniti vel condennati de falso. lxxxxvi

Item quod aliquis bannitus vel condennatus de falso, non possit habere nec exercere officium publicum, nec etiam advocationem neque prourationem in comunitate predicta nec ejus districtu.

De pena comittentis falsum aliter quam lege municipali sit tantum. lxxxxvii

Item quod falsum comittens arbitrio domini potestatis puniatur in avere vel persona tactum preterquam in casibus in quibus lege sua Jure municipaliter certa pena statuta est in quibus puniatur secundum Jus auenipale.

¹⁾ Duxisse Imbreviare - protocollo; qui forse sta per rogito.

De Incendio. lxxxxviii

Item quod si quis Incendum posuerit seu poni fecerit in domo ulterius habitata aut sacra vel religiosa capite puniatur ita quod morietur. Qui vero incendum aliter seu aibi posuerit vel poni fecerit propter quod damnum dederit a libris centum parvorum supra puniatur et condennetur in libris quingentis parvorum comunitati et ad restitutionem damni in duplum damnum passo. Si vero Incendum posuerit vel poni fecerit ut supra propter quod damnum secutum sit librarum vigintiquinque parvorum super usque ad librarum centum parvorum condennetur et puniatur in libris ducentis parvorum comunitati et ad restitutionem dampni ut supra. Si vero Incendum posuerit vel poni fecerit ut supra propter quod damnum sit secutum a libri vigintiquinque parvorum infra et a libris decem parvorum super condennetur in libris quinquaginta parvorum comunitati et ad restitutionem dampni ut supra. Si autem a libris decem parvorum infra puniatur in libris viginti quinque parvorum et ad restitutionem dampni ut supra. Quas quidem penas que pervenire debet in comunitatem si infra triginta dies a die condennationis non solverit incendiarius vel fieri faciens amputetur ei pes unus, in quo erit magis potens et nichil omni teneatur in carceribus donec pro duplo damnum satisficerit damnum passo vel cum eo composuerit.

De pena dantis damnum aliter quam per Incendum. lxxxxviii

Item quod si quis extirpaverit seu inciderit seu extirpari vel incidi fecerit vineas seu vites alicuius in comunitate riperie vel eius districtu seu iurisdictione condennetur in soldis centum parvorum pro qualibet trappa seu gamba vitis. Si vero alias arbores fructiferas extirpaverit seu inciderit, seu incidi fecerit condennetur pro qualibet arbore incisa vel extirpata vel aliter devastata in libris decem parvorum. Si autem inciderit aliquam aliam arborem non fructiferam condennetur in libra una parvorum. Insuper si aliquod damnum dederit aliter quam per incendum a libris decem parvorum super condennetur in libris quin-

quaginta parvorum communitati, et nichilominus in quolibet predictorum casuum condennetur in duplum damni dati, damnum passo, nec relaxetur de carceribus donec solverit dictam penam, et cum lesocomposuerit.

Qualiter comunita teneatur ad restitutionem pro damno dato. c

Item quod si de cetero in aliquo burgo vel loco casina vel molendino aut territorio aliquod damnum vel guastum datum vel factum fuerit de die vel de nocte per incendium vel in cessionem depopulationem vel alio modo in domibus terris pratis vineis arboribus buschis, vel aliquibus seminatis, seu etiam in alijs quibuscumque rebus vel bonis Comune et homines tam nobiles quam vicini illius burgi loci casine vel molendini sive territorij, teneatur infra terciam diem capere et communitati consignare illum vel illos qui dictum damnum seu guastum dederint vel fecerint alioquin ipsum comune et homines teneantur et debeant damnum restituere et resarcire damnum passo in duplum, secundum extimationem et examinationem super hoc fiedam per ducs bonos viros elligendos per dominum potestatem vel ejus Judicem. Ad quam restitutionem compellant sumarie sine strepitu et figura iudicij. Et sive aliqua libelli vel declarationis datione ex officio et extra ordinem omni die de datione cuiusdamni dati ubi aliter non appareat credatur damnum passo cum sacramento suo, et uno teste fide digno. Et si esset dubium de cuius territorio esset ille locus in quo damnum datum fuerit seu guastum intelligatur, quo ad contenta in presenti statuto esse de territorio illius terre loci vel burgi cui proximior fuerit ille locus in quo damnum datum fuerit vel guastum, salvo quod comune et homines predicti, qui ad ipsam restitutionem compulsi fuerint regressum habeant liberum efficacem et summarium usque ad quantitatem quam restituerint, et de dannis et expensis contra illum seu illos et eorum bona et quemlibet eorum in solidum qui illud damnum vel guastum dederint vel fecerint, hoc in salvo quod si ipsum comune et homines consignaverint malefactorem vel malefactores infra mensem unum a die damni dati vel facti,

in fortiam comunitatis non teneatur ad restitutionem predictam ad quam etiam restitutionem in casu quo venerit ut premittitur fienda non teneatur vidue nec orfani neque persone miserabiles.

De pena amoventis fraudolenter terminum seu terminos aliquos. ci

Item quod quicumque fraudolenter aliquos terminos dessicaverit seu amoverit seu dessicari vel amoveri fecerit vel aliter preiudicium alicuius persone condennetur tam dessicans seu amovens quam desicari seu amoveri faciens in libris vigintiquinque parvorum pro termino dessicato seu amoto et qualibet vice et nichilominus teneatur talos terminos in pristinum statum et locum reducere et ponere.

De pena cavantis in preiudicium alterius. cii

Item quod quicumque cavavit seu cavari fecerit in domo sua vel alibi sub terram in damnum vel detrimentum alicujus propter destructionem muri vel alterius rei condennetur in libris vigintiquinque parvorum et ad refectionem seu restitutionem damni dati, in duplum damnum passo.

De pena prohicientis immunditatis in vijs. ciii

Item quod si aliqua persona proiecerit de aliqua domo vel pontili alias immundicias vel aliquam putridam in aliqua via seu strata publica vel etiam vicinali condennetur in soldis viginti parvorum pro qualibet, et qualibet vice. Et nichilominus talis prohiciens teneatur ad removendum quod proiecerit sordidum seu ad elevandum fetorem.

Quod nulla domus seu sedumen devastetur in Com. riperie. ciiii

Item quod nulla domus vel sedumen devastetur in comunitate riperie vel districtu per aliquem officialem comunitatis predice vel eius mandato aliqua occaxione nisi fuerit ex forma constitutionum factarum contra hereticos. Et si aliquis Jusdicens vel officialis contrafecerit condempnetur in libris ducentis parvorum, nec possit petere licentiam de dicto statuto sub dicta pena, nec in consilio, nec in

arengo et condennetur quilibet qui arengaverit contra dictum statutum in libris centum parvorum. Et nichilominus teneatur Jusdicens vel offitialis qui talem domum vel sedumen devastaverit seu devastari fecerit ad restitutionem dampni in duplum damnum passo. Et quilibet et qualibet singularem personam confacientem possit impune offendere in persona. Quodque hcc statum precisum et contra hoc non possit ordinari vel reformari, et quicquid ordinatum fuerit per Illustrem et excelsum principem et dominum dom. nostrum.

*De pena afferentis bamnitus vel malefactores
qui consignari voluerit.*

cv

Item quod quilibet auferens, seu qui conatus fuerit auferre aliquem bamnitum vel malefactorem qui consignari voluerit in fortiam communatis arbitrio domini potestatis puniatur in persona vel avere considerata qualitate personarum et facti. Quodque si quis abstulexit seu conatus fuerit auferre aliquem alium captum qui consignari voluerit ut supia arbitrio domini potestatis vel Jusdicentis puniatur in avere tantum eodem modo puniatur Impediens aliquem capi per familiam domini potestatis vel alicuius Jusdicentis.

*De pena deferentis intra muros et confinia riperie
hominem occisum.*

cvi

Item quod nulla persona hominem aliquem occisum vel femminam deffeire seu deferri facere presumat intra muros et confinia communatis nec una terra ad aliam vel earum territorijs. Et si contrafactum fuerit puniatur quilibet contrafaciens, et operam dans ut contrafiat in libris centum parvorum, in quam penam incurat ipso iure et exigatur absque aliquo processu.

Quod minor XIIIJ. annis non puniatur corpore.

cvii

Item quod aliquis committens delictum seu maleficium in minoritate quatuordecem annorum completor, non puniatur ad mortem nec ad membra privationem seu incisionem sed in casibus in quibus aliqua

ex predictis penis infereretur maiori XIIIJ annis ipse minorum arbitrio domini potestatis in avere tantum citra penas predictas puniri possit inspecta qualitate facti.

*De pena illius terre in qua banniti de maleficio
inventi fuerint conversari.*

cviii

Item quod si quis bannitus de crimine lese maiestatis sodomie vel prodictionis patrie vel de homicidio sthaco seu robaria aut incendio vel guasto seu furto in burgo villa vel terra aliqua dictae comunitatis conversari invenerit fuerit postquam notum fuerit vel denunciatum condennetur burgum vel villa seu terra in quo vel qua invenitus fuerit conversari si bannitus fuerit de crimine lese maiestatis, sodomie stachi robarie vel furto in libris centum parvorum. Et si fuerit bannitus de homicidio vel incendio in libris quinquaginta parvorum. Si vero bannitus fuerit de guasto condennetur in libris vigintiquinque parvorum et minus in quolibet predictorum casuum arbitrio domini potestatis inspecta qualitate facti et personarum, ad quam condemnationem teneantur tam nobiles quam vicini dictorum burgorum villarum et terrarum exceptis viduis miserabilibus personis, et minoribus annis quatuordecem hoc tamen semper salvo quod si dicta communia denunciaverint domino potestati quod tales banniti habitant in suis terris. Et quod propter eorum vel eos tenentium potentiam, eos capere vel expellere non posset ad predictas minime teneatur. Et item intelligatur si bannitum consignaverint.

*De arbitrio dom. potestatis contra impedientes volentes
capere malefactores.*

cviii

Item quod dominus potestas habeat arbitrium inquirendi procedendi puniendi et condennandi quemlibet illorum qui darent sibi vel eius familiaribus per eum missis vel per alios eius precepto volentes capere seu captos dare aliquos malefactores aliquod impedimentum. Et quod ubicumque communia burgorum villarum et terrarum seu universitatuni paterentur aliquam condennationem seu damnum occaxione

aliquorum habitantium in terris suis tam nobiles quam vicini, habeant regressum, contra illum vel illos cuius seu quorum occaxione dampnum paterentur.

De pena rumpentis pacem.

cx

Item quod quicumque rumperit pacem seu fidantiam vel treuguam per offensum factam in personam ipsius cum quo habeat pacem fidantiam aut treuguam puniatur pro percussione vel ferita seu alia offensa personali secundum formam presentum statutum et ultra in libris ducentis parvorum. Cuius pene medietas sit comunitatis et alia offensi. Si quis vero rumperit pacem treuguam vel fidantiam offendendo in rebus vel bonis illum cum quo habebit pacem puniatur de tali offensa, secundum formam predictorum statutorum. Et ultra in libris centum parvorum. Cuius etiam pene medietas sit comunitatis et alia offensi, salvus nichilominus et ratis manentibus omnibus pactis conventionibus et promissionib. etiam penalibus inter eos factis qui pacem et treuguam seu fidanciam inter se fecerint. Et predicta omnia in presenti capitulo apposita locum habeant tam in bamnitis etiam de quovis maleficio quam in alijs. Et hoc non obstant statuto aliquo vel iure in communibus loquente.

In quem pervenire debet penam propter pacem ruptam.

cxi

Item quod si pax fueri erupta pene apposite infrascripto pacis perveniant pro tercia parte in comunitatem et pro reliquis duabus partibus in partem cui erupta fuerit pax. Et idem servetur et fiat si pena debita fuit in compromesso propter pacem ruptam. Et quod dominus potestas et ejus iudex ex officio et extra ordinem teneatur exigere ipsas penas ad utilitatem comunitatis et illius vel illorum cui vel quibus pax erupta fuerit, et fine libelli oblatione et sine strepitu et figura judicij infra mensem unum proxime secutum a die notificationis seu scientie per ipsum potestatem habite de pace erupta sub pena librarum centum parvorum dicto domino potestati de suo salario. Et si dominus potestas fuerit seu preceperit pacem vel treuguam inter homines habentes

discordiam seu in judicio aliqua cautio fuerit exposita et aliqua pena fuerit adiecta et pax vel treugua fuerit rupta vel domino potestati seu judici non fuerit obtemperatum in edictus pene perveniant in comunitatem et alia in illum vel illos seu heredes corum quibus talis pax vel treugua rupta fuerit.

De pena iniuriantis dominum potestatem. cxii

Item quod iniuriemtes dominum potestatem vel ejus judices aut colaterales vel aliquem eorum arbitrio dicti domini potestatis puniatur, in avere tantum dummodo non puniat nec eos puniri possit, ultra duplum eius quod punirentur iniuriantes aliquam aliam personam.

De pena temptantis corumpere dominum potestatem. cxiii

Item quod nulla persona cuiuscumque conditionis existat audeat vel presumat appellare seu temptare dominum potestatem vel aliquem eius vicarium nec collateralem neque notarium ad maleficia dictae comunitatis, nec alium officialem ipsius comunitatis causa corumpendi eum, nec cum corrumpere precio seu precibus seu amore, volendo eum facere declinare a recto tramite justicie per quam declinationem dicta comunitas vel aliquod aliud commune seu aliqua privata persona lederetur, nec aliquid promittere afferre nec dare per se vel alium neque depositum aut pactum, sub aliqua condicione facere quominus dicti potestas vicarius coiaterialis notarius et officiales ipsius domin potestates et comunitatis predice justiciam faciant in judicijs seu causis petitionibus et examinationibus, et alijs quibuscumque negotijs, tam comunitati quam alicui communium quam etiam alicui private persone spectantibus explicandis et exequendis. Sub pena librarum trecentarum parvorum et plus et minus ad voluntatem illustris et excelsi domini domini nostri seu judicantis Inspecta qualitate persone et facti.

*De pena officiales comunitatis committentis fraudem
vel furtum vel robariam.*

cxiii

Item quod quicumque officiales comunitatis predice fraudem vel furtum de rebus comunitatis riperie comisserit vel aliquid ab aliqua persona singulari seu universitate indebit extorserit, seu damnum alicui persone aut universitati dederit seu intulerit indebit occaxione seu pretextu officij ipsius condennetur in quadruplum dandum dicte comunitati. Si de rebus comunitatis fraudem, vel furtum fecerit et etiam in quadruplum dandum universitati vel singulari persone a qua predicta extorserit seu cui damnum dederit quando de rebus universitatis vel persone singularis extorserit, aut eis vel alicui eorum damnum dederit. Et insuper condennetur comunitati predice in libris quinquaginta parvorum, et ab officio removeatur. Et de predictis tenetur dominus potestas, ac possit et debeat inquirere procedere et punire ex officio suo, predicta tanien locum non habeant ubi aliter de jure municipali specialiter est provisum. Et ultra etiam puniatur secundum formam statuti facti de furtis.

De pena facientis pignerationem sine licencia Iudicis. cxv

Item quod quicumque pignerationem vel contestationem sine licentia domini potestatis vel eius judicis fecerit, nisi in casibus premissis, teneatur restituere ei cui pignerationem vel contestationem fecerit, primo omne damnum quod passus fuerit ea occaxione. Et insuper expensas ei restituat, quas pro inde habuit, arbitrio iudicentis absque juramento, et prius quam jus suum consequatur. Quod que etiam comunitati riperie componat libras vigintiquinque parvorum nomine pene et quilibet possit accusare, et habeat medietatem, et reliqua medietas sit dicte comunitatis.

De pena tenuentis ludum vel bisilacie vel prestantis. cxvi

Item quod quis in domo curio orto brolo, vel in aliqua alia parte riperie predice, tenuerit ludum bistilacie vel Reginete aut prestaverit

ad aliquem ipsum ludorum condennetur in libri decem parvorum qualibet vice et intelligatur tenere et mutuare ad bislatiam, si inde fuerit vox et fama.

De pena ludentis ad azarum vel bistlaciam.

cxvii

Item quod nulla persona audeat vel prescrivat ludere ad azarum nec ad aliquem alium ludum taxilorum seu bisclacie vel ad raginetam in riperia vel eius districtu de die vel de nocte. Et qui contrafecerit si fuerit de die condennetur in libris decem parvorum. Si vero de nocte in libris quindecim parvorum preterquam infrascriptis diebus et temporibus, in quibus licitum sit civilibus persone posse ludere ad taxillos et ad Raginetam impune, videlicet in festis nativitatis et resurrectionis domini nostri Yesu Xpi, et vigilijs ipsorum festorum ac duobus sequentibus diebus ipsam festam et quolibet eorum. Et in ferijs infrascriptorum sanctorum videlicet, Sancti laurencij de insula, Severini de manerva, Bertolamei de monte salodi, petri de liano de Vulzano, Georgij de tusculano, et beate marie de medio augusto super monte de garginano ubi dicitur sancta maria de navacio, et alibi non. Et intelligatur ludere qui inventus fuerit habere ante juxta se tabulerios vel discos politos vel taxilos aut aliud preparatorium ad ludendum. Et quod in predictis et quolibet predictorum dominus potestas et ejus colateralis possit coniecturare et condannare per fugam vel per ascionem aut per presumptionem et quelibet alia judicia. Et quilibet possit acusare et habeat medietatem condannationis et alia medietas sit comunitatis prediche, habeatque ipse dominus potestas arbitrium inquirendi, puniendi et condannandi facientes contra predicta. Salvo quod licitum sit cuilibet persone posse impune ludere ad scachos et Tabulas quocumque et etiam ad taxillos repellando tantum usque ad summam soldorum quinque. Et quod d.ctus dominus potestas et quilibet exercens jurisdictionem in ipsa riperia ad petit:onem cuiuslibet communis burgi loci vel casine, teneatur et debeat compellere omnes tabernarios tenentes tabernas in ipsis communibus et satisandum quod ipsi non tenebunt ludos nec permittent ludere.

eorum domibus curtivis seu ortis contra predictam formam sub pena librarum vigintiquinque parvorum pro quolibet et qualibet vice. Quodque ipsa comunia et eorum consules et officiales et quilibet eorum possint notificare et denunciare dicto domino potestati et eius Vicario et judici maleficiorum omnes et singulos tenentes bisclantiam et ludentes contra dictam formam in eorum burgis et locis vel territorijs contra quos sic notificatos seu denunciatos teneatur ipso dominus potestas et judex maleficiorum inquirere et procedere secundum formam presenti statutorum.

De pena ludentis in nundivis vel mercatis. cxviii

Item quod non ludatur ad aliquem ludum bistacie in aliquibus nundivis vel mercatis contra formam predictam. Et si quis contrafeicerit quod pena imposta alibi ludentibus ut supra proxime duplicetur tam ludentibus quam tenentibus bisclaciam quam etiam ad eam mutuantibus.

Quod omnes obligationes contractus distractus facte et facti occaxione ludi non valeant. cxviii

Item quod omnes obligationes alienationes et pignerationes contractus et distractus ac promissiones facte et facti occaxione ludi vel bisclacie ipso iure sint inanes et sine effectu. Et presumatur facte et facti occaxione ludi vel bisclacie. Si famosus vel consuetus prestator ludi vel bistacie vel alius eius nomine receperit. Et ille qui eas fecerit famosus vel publicus lusor fuerit aut bonorum suorum discipitor. Et insuper qui receperit aliquam vel aliquid restituat seu contra formam predictam condennetur in libris decem parvorum comunitati et restituat seu destruat quod receperit. Eisdem penitentiatur qui crediderit alicui in ludo vel pro ludo aut aliquid mutuaverit alicui prodando lenonibus vel meretricibus nec possit neque debeat sibi mutuanti per dominum potestatem vel eius vicarium fieri vel reddi jus aliquod et nichilominus quod contrafactum fuerit ipso jure sit nullum.

De procedendo contra infamatos de bisclacia. cxix

Item quod dominus potestas et eius Judex maleficiorum possit ex officio suo inquirere prout eius melius videbitur contra infamatos de bisclacia et illos qui ludunt et qui mutuant ad ludum bisclatiarum et illos qui tenent. Illosque qui faciunt furtarum et ea recipiunt quique rapinas committunt. Et eos compellere modis omnibus tam cautions extorquendo ab eis quam eos expellendo de riperia et etiam in confinibus ponendo prout eis videbitur ut talia cesserent.

Quod non teneantur taberne contra infrascript. forma. cxxi

Item ut ad hoc bisclacijs resistatur quod nulla taberna sit nec permittatur extra aliquem locum habitatum nisi forte in aliqua parte in qua sit de necessitate pro eo quod ibi frequentaretur iter et ibi non esset proximus aliquis locus ubi posset teneri taberna quo casu tunc fiat si videbitur Anzianis et sapientibus presidentibus negotijs communitatis predicte quod dicta taberna teneri sic possit, recepta prius satisfactione librarum ducentarum parvorum a tenente seu tenere volente talem tabernam, quod ludum non tenebit nec ludi permittebat ad ludum taxillorum vel alterius bisclacie contra forniam presentium statutorum. Et si qua taberna reperiretur contra predictam formam dictus dominus potestas et quilibet judicis in ipsa comunitate teneatur ipsam taalem tabernam dirupari et destruiri facere ac contra tenentes et facientes contra predicta procedere.

*De tabernarij aut vendentes aliquid ad minutum
non credant filiis familias nec famulis.* cxxii

Item quod tabernarij aut vendentes aliquid ad minutum non faciant nec fieri faciant credentiam, nec aliquid in credentiam dent nec dare faciant alicui filio familias vel famulo alicuius subjecti jurisdictioni comunitatis riperie neque ab eis vel aliquo eorum pignus aliquod accipiant, nec accipi faciant sine expressa voluntate vel licentia patris vel avi seu domini sui. Et qui contrafecerit perdat quod dederint et quod ei provisum fuerit per tales filios familias vel famulos et quem-

libet vel alterum eorum. Et omne pignus quod ab eis vel aliquo eorum acciperit restituat et restituere teneatur patri vel avo seu domino suo ad penam librarum decem parvorum. Cuilibet restituere recusanti postquam tale pignus ei petitum fuerit per patrem vel avum seu diminum.

Quod consules seu alij officiales terrarum teneantur denunciare ludentes et ludum tenentes. cxxiii

Item quod consules sive alij officiales terrarum riperie et eius districtus teneantur et debeant notificare seu denunciare domino potestati vel eius judici maleficiorum infra tres dies postquam proclamatum fuerit ex parte ipsius domini potestatis omnes ludentes, et ludum tenentes et ad ludum mutuantes contra formam presentium statutorum omnes que bamnitos de maleficio, et latrones, ac alias homines male fame habitantes in eorum terris vel contratis seu vicinijs, et domos in quibus predicta essent, sub pena librarum decem parvorum. Et quod dictus dominus potestas, quibuslibet duobus mensibus teneatur de predictis fieri facere publicam proclamationem. Quodque ipse et eius judex inquirere debeant de predictis et condannationes facere de consulibus seu alijs officialibus negligentibus in predictis.

De averitatoribus et eorum pena. cxxiv

Item quod si quis averitator repertus fuerit ludere ad corezolam seu ad pulveretum condennetur in libris vigintiquinque parvorum.

De pena euntis de nocte cum armis et sine lumine. cxxv

Item quod nullus radat cum armis cum lumine, vel sine armis et sine lumen post tertium sonum campane, usque ad campanas diei, et qui contrafecerit, si habuerit arma amittat illa, et condennetur comunitati in libris vigintiquinque parvorum. Et si non habuerit arma condennetur in libris quinque parvorum, si non habuerit lumen. Si vero lumen habuerit vel fuerit persona notabilis seu bone conditionis ut videtur in arbitrio officialis euntis circando de nocte, eo casu in

nichilum condennetur, si vero quis fugerit, et non permisert se circari et scribi, condennetur in libris decem parvorum. Quasquidem penas, si contingit aliquam miserabilem personam vel pauperimam que non sit suspecta pro predictis vel aliquo predictorum incurere possit dominus potestas seu eius vicarius minorare. Et etiam si videbitur aliquid modico in cepo poni facere ac ulterius non procedere. Eodemque modo possit ipse dominus potestas seu eius vicarius minorare pena vel aliquid poni facere in cepo ut supra in miserabilibus seu pauperibus personis incidentibus in penas statutorum de bistlancijs et in alijs personis de modico ludendo vel super ludo stantibus.

Quod requisitus statum dicat nomen et cognom. suum. cxxvi

Item quod quilibet requisitus a domino potestate vel ab aliquo eius judice vel colaterale, vel aliquo alio in dicta comunitate iudicante suum nomen et cognomen dicere teneatur statim cum fuerit requisitus de die vel de nocte, et qui contrafecerit aut nomen vel cognomen sibi mutuaverit, condennetur in libris decem parvorum et minus arbitrio dicti domini potestatis inspecta qualitate persone et facti.

De pena portantis arma vetita. cxxvii

Item quod aliqua persona non habuerit seu habebat licenciam vel bulletinum Illustris et magnifici domini domini nostri, vel potestatis seu capitanei comunitatis predicte, non audeat nec presumat possit nec valeat portare arma vetita offendibilia, nec defendibilia, in palatio, nec in domibus comunitatis riperie nec in plateis, neque infra confinia dictorum patet et domus vel platee neque etiam per riperiam contra infrascriptam formam, videlicet, si quis inventus fuerit arma vetita portare in palatio domibus vel plateis palacij et domorum dictae comunitatis vel earum confinibus, condennetur in libris vigintiquinque parvorum et in ammissione armorum. Et si alibi per riperiam invenientes fuerit portare ut supra condennetur in libris decem parvorum et amittat arma, salvo quod predicta non habeant locum in illis qui venirent de foris, ad seu in riperiam, usque quo fuerint ad eorum hospicia

et in illis etiam qui exirent domum vel hospicium suum causa eundi extra terram de qua essent habitatores. Quodque hospites teneantur denunciare quibuscumque hospitibus suis, ut arma deponantur Cum ibi applicuerint. Alioquin ibi hospites sustineant talem penam et condennationem, et conservent foresterios indennes, habeat tamen dominus potestas arbitrium maiorem penam imponendi in cridis suis. Si et prout videbitur ei expedire pro faciendo cessare portationem armorum, et intelligatur arma vetita defendibilia infrascripta, videlicet, barbuta, cerveleria, bazinetus, brazales, coxales, schinerie, manice fere, clipeus Tavolacius, Targonus, Targeta, Bochalerius vel Rotella.

De pena portantis ferrum fraudulosum.

cxxviii

Item quod aliquis non audeat possit nec debeat. Si non habuit licentiam vel butelium ut supra portare in riperia nec eius districtu ferrum fraudulosum. Scilicet stochum sive misericordiam sive aliud ferrum strictum et acutum simile stocho vel misericordie. Et qui contrafecerit perdat arma et condennetur in libris decem parvorum pro qualibet vice, nulla alia defensione admissa. Et si fuerit in domo domini potestatis, vel in palatio, seu in plateis palacijs, vel domes predice, aut earum confiniis quod ei duplicitur pena. Salvus etiam alijs pen's impositis contra portantes arma vetita. Et intelligantur arma vetita offendibilia, cultellis ¹⁾ a galono, spata, lancia, cultelinus, cuius manubrium cum ferro excedat mensuram unciarum septem, daga, cultellus a cavecio insuper quod aliqua persona non audeat portare in diebus festivis in aliqua parte dicte comunitatis, vel eius districtu nec in alijs diebus in plateis consiliis seu vicinijs, nec tabernis alicuius terrarum dicte comunitatis floccium alicuius conditionis sub penis predictis, possit tamen quelibet persona eundo ad eius (suas) possessiones pro laborando portare impune de dictis floccis ²⁾ in diebus non festivis. Salvo etiam quod predicta locum non hibeant in illis

1) Cultelli a galono = forse perchè si tenevano nelle saccoccie lungo la coscia.

2) Floccis — Fiochelli o falchetto.

qui venirent de foris, et in alijs, qui exirent domum suam ut supra in proximo precedenti capitulo.

De pena stipendiarij mutantis sibi nomen. cxxviii

Item quod quilibet stipendiarius pedester existens vel qui de cetero erit ad stipendum Illustris principis, et magnifici Domini nostri vel comunitatis predicte, in ipsa comunitate vel eius districtu qui respondebit sub alieno nomine vel cognomine quam suo proprio, et nomine patris sui in monstris fiendis per officiales presae dominationis, vel dicte comunitatis de facto et sine aliquo condennatione statim componat qualibet vice comunitati predice libras decem parvorum, et plus et minus arbitrio iudicentis, inspecta qualitate persone et facti. Et insuper suum stipendum perdat de illo mense.

*De pena facientis societatem aut invitamentum
vel ligam improbam.* cxxx

Item quod nulla persona vel universitas, cuiuscumque conditionis existat presumat facere aliquam societatem, invitamentum rei improbe Raysam vel ligam improbam vel arma imponere in riperia vel eius districtu, nisi pretensando et defendendo contratas comunitatis predice et inimicis dicte comunitatis resistendo ac malefactoribus. Et qui contrafecerit si fuerit actor condennetur in libris ducentis parvorum. Si vero non fuerit actor, in libris sexaginta parvorum et minus arbitrio domini potestatis, in utroque casu. Inspecta qualitate personarum et facti. Et de predictis teneatur inquirere et condemnare ex officio.

De pena damnati de heresi. cxxxii

Item quod damnatus de heresi possit corporaliter puniri penis tam in legibus quam in canonibus comprehensis.

De pena facientis vel procurantis contra Jurisdict. riperie. cxxxii

Item quod nulla persona nullaque universitas neque comune seu terra cuiusque status conditionis vel dignitatis existat audeat nec pre-

sumat directe nec per indirectum publice vel privatum, nec in aliquo alio modo atemptare neque procurare quod aliqua communitas aliquod comune vel universitas districtus vel iurisdictionis communitatis riperie aut in eius posessione vel quasi jurisdictionis vel honoris sit vel fuerit ipsa communitas riperie exeat vel eximatur neque substrahatur a subiectione iusdictione dominio nec honore Illustris principis et magnifici domini domini nostri comitis virtutum vel communitatis predicte, neque quod sibi aut alij supponatur ipsum comune universitas seu terra quam prefato domino seu dicte communitati nec etiam consulere, neque pronunciare ipsum comune universitatem vel terram esse exemptam a subiectione iusdictione dominio nec honore magnifici domini prelibati neque communitatis antedictae nec alij quam prefato domino et dicte communitati esse suppositum, nec se supponere iusdictioni meri mixti Imperij alicui ducis Principis baroni communitatis vel universitatis vel alterius persone cuiuscumque status conditionis vel dignitatis existat quam ipsi domino prefato vel dicte communitati riperie nec etiam ab aliquo ex predictis impetrare nec cognoscere iusdictionem vel coherentem hominum, nisi a prefato domino vel communitate predicta, nei eis impetratis uti postquam per citationem vel cridam facta fuerit mentio quod eis jurisdictionibus, vel coherentibus non utatur per se nec per interpositam personam. Et si quis contrafecerit atemptando vel procurando supponendo impetrando vel ex quo prohibitum fuerit utendo non valeat nec teneat, sed quicquid fuerit contrafactum nullius sit valoris et momenti, et ulterius bona contrafacentis communitati dicte riperie publicentur et publiicata esse intelligantur ipso facto tamquam patrie sue proditor, nec alicui succedere possit. Sed omnes successiones que interim post comissum crimen pervenire deberent in eam personam, perveniant in communitatem predictam. Et tam si ipse quam eius descendentes et heredes, sint perpetuo extra protectionem et defensionem prefati. Et ipsius communitatis, nec etiam audiuntur in civilibus nec in criminalibus ullo tempore. Et consulentes vel pronunciantes contra predicta vel aliquod predictorum condennentur dicte communitati in libris quingentis parvorum.

*De penis tractantis contra statum pacificum
comunitatis riperie.*

cxxxiii

Item quod si qua persona comunitatis predicte aut eius districtus vel etiam aliunde fecerit vel tractaverit vel procuraverit per se vel per alium cum aliquibus inimicis eiusdem comunitatis contra pacificum et bonum statum prefati magnifici domini domini nostri seu dicte comunitatis, si venerit in fortiam ipsius comunitatis capite puniatur ita quod moriatur. Et si non pervenerit in fortiam eiusdem comunitatis quod bamniatur de maleficio et proditione patrie, et bona eius dicte comunitati publicentur et publicata esse intelligantur.

De Invitamentis.

cxxxiv

Item quod aliqua persona cuiuscumque conditionis existat non audeat debeat nec presumat facere aliquod Invitamentum, gentium seu hominum armatorum in riperia seu eius districtu nec gentes seu homines armatos congregare seu congregare facere in aliqua parte riperie vel eius districtu pro aliqua discordia guerra contentione vel lite quam haberet vel habere speraretur cum aliqua persona seu cominium vel universitate, aut collegio territorij seu districtus riperie predicte nec aliunde, nec aliqua alia de causa vel occaxione. Et quod aliqua persona seu collegium vel universitas non debeat ire nec stare nec aliquod Invitamentum (facere) cum armis nec sine armis ad postulationem seu requisitionem alicuius, nec proprio motu pro aliqua contentione lite vel controversia seu guerra aut discordia, que esset vel esse posset seu esse speraretur. inter aliquos singulares seu cominia vel universitates riperie vel aliunde in aliqua parte districtus sive territorij dicte riperie nec in aliqua alia parte extra dictum districtum, sine expresso mandato et voluntate seu publica et manifesta preconizatione facta per ministrales dicti domini potestatis et comunitatis predicte. Et quod aliqua persona collegium vicinancia burgum, locus, villa, vel cassina, nec aliqua alia universitas non debeat curere nec ire cum armis, seu aliquo genere armorum ad aliquam rixam

bistlantiam vel rumorem, que fieret vel speraretur fieri in aliqua parte districtus sive territorij riperie aliqua ex predictis de causis. Et qui contra predicta, vel aliqua predictorum fecerit arbitrio domini potestatis condennetur in avere inspecta qualitate personarum et facti. Et quod intelligatur presumatur et habeatur pro plena et integra probacione quantum ad predictas penas imponendas et exigendas. Si probabitur per duos testes bone opinionis, vel per vocem et famam et uno teste fide digno. Aliquem vel aliquos fecisse contra predicta vel aliquod predictorum. Et quod in predictis et pro predictis vel eorum occaxione, dominus potestas, vel eius judex et quilibet eorum habeat merum et liberum arbitrium, inquirendi, cognoscendi, et puniendi quemlibet contrafacentem summarie et extra ordinem, et sine datione libelli et strepitu vel figura judicij quolibet die feriato et non feriato causis colocatis et non colocatis ad eorum et cuiuslibet eorum liberam voluntatem, nullo statuto vel reformatione in contrario facto obstante. Et quicumque fuerit condemnatus pro predictis vel aliquo predictorum teneatur et debeat solvere condemnationem de eo factam in pecunia numerata et sine aliqua spe alicuius compensationis vel remissionis. Et quod non fiat ei aliqua ratio in civilibus nec in criminalibus, nec eius petitio neque defensio admittatur donec integraliter solverit in pecunia numerata, condemnationem de eo factam ut supra. Et quod si aliquis condemnatus pro predictis vel eorum occasione pervenerit, in fortiam comunitatis prediche ponatur in carceribus nec de eis relaxetur donec condemnationem solverit ut supra. Quodque quilibet possit quemlibet personam contra predicta facientem accusare et denunciare et eius accusationi et denunciationi plena fides adhibeat, si probabitur per duos testes bone oppinionis, vel per vocem et famam, cum uno teste fide digno aliquem vel aliquos contra predicta vel aliquod predictorum fecisse.

De eodem.

cxxxv

Item quod si de cetero in aliqua contrata seu vicinancia riperie, seu in aliquo burgo, castro, villa, loco seu casina territorij sive dis-

trictus riperie fieret aliquod ascembramentum, seu congregatio aliqua hominum armatorum per aliqua contentione discordia rixa vel guerra aut mistlancia que esset vel speraretur esse in aliqua parte dicte riperie vel eius districtus aliqua de causa, sine licentia domini potestatis riperie, consules et officiales ipsius vicinantie, burgi castri loci sive casine, teneantur et debeant dicere et notificare dicto domino potestati vel eius iudici, prima die vel sequenti. Et si fuerit in terra in qua ipse dominus potestas moram trahet vel infra miliaria decem prope dictam terram et tercia die, si fuerit a miliaribus viginti infra. Et si fuerit a viginti miliaribus supra quarta die de quo ipsa congregatio facta fuerit. In qua notificatione contineatur ubi et etiam in qua parte facta fuerit ipsa congregatio. Et de quibus locis seu de quo loco erant illi qui erunt ad ipsam congregationem et qui fuerint. Et etiam quilibet consul et officialis cuiuslibet burgi, loci, castri vel casine, de quo fuerint aliqui de vicinis suis armatis ad ipsam congregationem seu ascembramentum teneatur denunciare et manifestare infra primam vel secundam diem, terciam aut quartam diem ut supra, ex quo fuerint ut supra, coram dicto domino potestate vel eius iudice maleficiariorum. Et si contrafactum fuerit condennetur contrafaciens arbitrio prefati domini potestatis ut supra, inspecta qualitate personarum et facti.

De non currendo ad rumorem tempore rumoris. cxxxvi

Item quod nullus presumat ire sive curere cum armis vel sine armis ad domum alicuius potentis, nec ad locum in quo esse ille potens occaxione vel tempore alicuius rumoris. Et si quis suppositus jurisdictioni comunitatis contrafecerit sive fuerit pedester sive equester condennetur arbitrio domini potestatis in avere inspecta qualitate personarum et facti. Si vero aliquis foresterius cucurrit tempore rumoris vel tumultus ad domum alicuius potentis, amputetur ei pes unus. Et dominus potestas teneatur et debeat de predictis inquirere punire et condannare ex officio.

Quod foresterij non intrent domos hominum.

cxxxvii

Item quod nullus stipendiarius comunitatis predicte nec aliquis alius foresterius audeat nec presumat intrare per vim seu sine licentia rectoris. Aut si intrasset permanere domum aliquam alicujus terrerij terrarum riperie predicte, nec alicuius monasterij aut ecclesie vel hospitalis contra voluntatem illius vel illorum cuius seu quorum esset dicta domus et qui contrafecerit condemnetur in libris quinquaginta parvorum. Et quilibet qui intrasset aliquam domum vel eam teneret contra voluntatem domini cuius esset vel contra voluntatem eius qui regeret hospitale monasterium vel ecclesiam teneatur eam spaciare seu desbrigare infra terra diem, sub pena predicta. Et ultra perdant equos et arma quos et que habent et possint impune offendi in avere et persona et ulterius debeant cassari a stipendio dicte comunitatis et pro cassis vel casso habeantur.

De pena superstitionis carcerum.

cxxxviii

Item quod superstes seu custos carcerum qui dimiserit fugere aut extraxerit carceratum de carceribus sine licentia domini potestatis vel judicis cuius mandato captus fuerit vel detenus seu eius successoris. Si carceratus fuerit pro debito pecuniario condennetur ad solvendum debitum pro quo talis captus detenus fuerit illi ad cuius instantiam captus fuerit. Et si ex causa maleficij erat deteutus condennetur superstans seu custos carcerum ad id et ad illud supplicium et penam ad quod et quam tenebatur carceratus taliter relaxatus et qui fugerit ut supra. Et predicta omnia locum habeant, nisi dictus custos vel superstans talem carceratum consignaverit in fortiam domini potestatis vel eius judicis cuius mandato detento fuerit vel eius successoris infra terminum ei super hoc competentem assignandum quem etiam si consignaverit condennetur nichilominus ipse superstans sive custos in libris ducentis parvorum. Si ingeratur pena sanguinis et in quarta parte eius in quo dictus carceratus teneretur si non ingeratur pena sanguinis.

De fractore carcerum.

cxxxviii

Item quod rumpens vel frangens carceres aut portas vel hostia carcerum dolose et causa fuge faciente et etiam fugens de carceribus puniatur realiter vel personaliter arbitrio domini potestatis considerata condictione persone et qualitate ac causa delicti.

De pena superstitis carcerum gravantis carceratum indebito. cxxxix

Item quod in comunitatem predicta fuit et esse debeant duo carceri divisi quorum unus sit clarior et apertior altero et quod in obscuriori per custodem seu superstitem ponit et teneri debeant suspecti seu infamati vel condennati, de crimine delicto vel excessu ex quo foret ei imponenda alia pena pecuniaria, non possit tamen talem carceratum imbagare vel in cipo seu loco putrido ponere nec tenere dictus superstans seu custos, sine licencia domini potestatis vel judicis cuius mandato talis detentus fuerit, nec etiam cibum vel potum ipsi carcerao aliquiliter auferre vel denegare per se vel alium. nec aliud gravamen aut asperitatem sibi facere ultra custodiam solitam et ordinatam nisi prout communiter fit alijs cameratis. Et si talis superstes vel custos contrafecerit condennetur et puniatur pro quolibet et quilibet vice in libris viginti parvorum et plus et minus arbitrio dicti domini potestatis, cum deliberatione sindicorum seu deputatorum dicte comunitatis, inspecta condictione persone et qualitate facti et delicti. Qui custos seu superstites carcerum possit habere et percipere ac exigere ab ipsis carceratis et quilibet eorum infrascriptas solutiones et quantitates pecunie, videlicet a quilibet carcerato seu carcerando pro introitu soldos quatuor parvorum et soldos quatuor parvorum pro exitu et soldum unum parvorum pro quilibet die qua steterit carceratus. Et nichil ultra habere percipere, nec exigere possit neque debeat, sub pena librarum decem pro quilibet vice qua contrafecerit. Et nichilominus teneatur ad restitutionem ejus quod ultra recepit eo quo recepit, nec possit aliquiliter ipse carceratus nec per dictum dominum

capitaneum, nec per dictum custodem compelli nec agravari, ultra solutiones predictas occaxione dicte carcerationis.

De pena vendentis eandem rem immobilem

duobus emptoribus.

cxli

Item quod si aliqua persona vendiderit eandem rem immobilem duobus personis seu duobus emptoribus diversis horis condennetur vendens si res vendita fuerit extimationis seu valoris librarum ducentarum parvorum et ab inde super in libris centum parvorum applicandis pro dimidia comunitati et pro alia medietate tali emptori, cui non tradita fuerit possessio ipsius rei vendite, et ultra ipsi emptori, in omni eius dominio dispendio et interesse sibi applicandis. Si vero res fuerit minoris precij librarum ducentarum parvorum condennetur in libris viginti quinque parvorum et in omni damno et dispendio et interesse applicandis ut supra. Et quod eadem pena vindicet sibi locum in cessionibus juribus per eandem personam duobus factis quolibet titulo, et quod etiam dicta pena locum habeat si per aliquem duobus titullo donationis seu uni titullo donationis et alteri titulo venditionis seu emptionis res aliqua fuerit alienata per eandem personam. Eademque pena puniatur quilibet cedens qui postea liberaverit per liberationem que postea preiudicaret ei cui cessa essent jura.

De pena vendentis ficaliciam rem pro alodo.

cxlii

Item quod quilibet emphiteota vel heres eius aut conductor alii cuius rei qui huic retro fecerit vel de cetero faciet aliquam venditionem permutationem alienationem aliquam de aliqua re livellaria vel conducta ad alodium vel tamquam ad alodium condennetur et puniatur in libris vigintiquinque ad instantiam domini requirentis. Cuius medietas perveniat in comunitatem et alia in ipsum dominum. Et quod ille qui emisserit seu per alium titulum acquisivisset vel in futurum emit seu acquires ab aliquo emphiteota vel conductore seu ab herede eius rem aliquam livellarium vel conductam tenatur, et debeat infra mensem unum proxime securum post denunciationem et fidem

satisfactum per dominum vel quasi dominum. Quod illa talis res empta vel aliter acquisita sit livellaria vel conducta ipsam talem rem dimittere restituere et relaxare, aut deinceps perpetuo fictum vel pensionem solvere ipsi domino vel quasi domino quilibet anno tamquam emphiteota vel conductor habeat cum illo qui cum vel cuius heres est investiverit et sibi locaverit quod si restituerit infra mensem, ut supra dictum est predictam rem livellariam vel conductam agere possit de evictione contra actorem suum ac si eidem dicta res livellarium vel conducta fuisset sibi legittime et precedentibus denunciatus opportunis per sententiam evicta. Salvo tamen quod quilibet emphiteota vel conductor possit rem livellariam rem conductam alterius persone in emphiteusim dare vel locare faciendo mentionem de suo domino et quantitate facti alioquin incidat penam librarum vigintiquinque parvorum que perveniat ut supra et res ipsa perveniat in dominum si voluerit.

De pena non designantis terras quas tenet ad livellum. cxxiii

Item quod si aliqua persona tenet vel tenebit terram vel aliam rem immobilem ad livellum vel alio modo ab aliquo subiecto jurisdictioni communitalis riperie, et a domino fuerit requisita ut terram illam vel rem designet in scriptis choerente contracta et confinibus, et ipsa talis persona tenens ut supra terram vel rem non designaverit vel modo aliquo designare recusaverit; infra terciam diem post requisitionem taliter factum aut rem illam celaverit, infra octo dies post talem recusationem seu celationem condennetur in libris decem parvorum nomine pena cuius medietas perveniat in comitatem et reliqua in talem dominum requirentem. Et in super terram illam vel rem amittat itaque ad dominum perveniat si ipse dominus eam voluerit.

De pena negantis se debere fictum. cxxiii

Item quod si aliquis maior quindecim annis negaverit in judicio se debere fictum alicui requirenti et de hoc convictus fuerit aut reperiatur postea quod dictum fictum teneatur dare illi cui negaverit

condemnetur in soldis centum parvorum qui perveniant in illum cui negaverit.

*Quod comunia comunitatis riperie et eorum singulares persone
teneantur in suis extimis ponit facere bona livellaria.* cxlv

Item quod comunia et terre comunitatis riperie teneatur et debeant describi facere in eorum extimis de cetero fiendis, super quibus ipsorum factio[n]es et onera compariuntur et compartiri et solvi debent omnes et singulas posessiones peciarum terre et alia bona que tenentur sive laborantur aut possidentur per eorum vicinos et terrerios et eorum quemlibet clare et distincte, cum coherente contrata et misuris vel circha ac condictionibus quibuscumque ipsarum terrarum posessionum et bonorum, videlicet alodia per se et livellaria per se ita quod declarentur persone a quibus ea bona tenentur seu laborantur sive ad dictum sive ad redditum et quantum tenentur reddere de dictis terris rebus vel bonis et cui vel quibus et per que tempora. Et quod omnes et singuli laborantes seu tenentes vel habentes terras vel posessiones domos vel alias res ad dictum vel drictum vel ad aliam conditionem teneantur et debeant in designatione vel extimo bonorum quod fit pro suis factoribus et oneribus comparciendis et solvendis ut supra designari et scribi facere in suis extimis ut supra dictum est. Quodque de ipsis extimis et quolibet eorum dicta comunia et quodlibet eorum teneantur et debeant facere seu fieri facere plenam copiam cuilibet petenti et volenti subiecto jurisdictioni dicte riperie tantum et extima de cetero fienda non abolere nec subcellare debeant ullo modo, ita quod semper veritas appareat et jura sint cuilibet clara pariter et apta in terris et territorijs suis sub pena cuilibet comuni et universitati librarum vigintiquinque parvorum pro qualibet vice et qualibet persona de cuius bonis omittentur describi facere secundum formam predictam. Et ad requisitionem domini accusantis subiecti jurectioni comunitate predicte, et aliter non et sub pena cuilibet singulari persone que non designaret et describi faceret in suo extenso secundum

quod superius contra soldorum centum parvorum, ad requisitionem domini accusantis subiecti comunitati ut supra dictum est et non aliter.

De pena committentis vel comitti facientis spoliationem

in re Immobilem.

cxlvi

Item quod si qua persona collegium vel universitas cuiuscumque status designatus vel condictionis existat a modo spoliaverit vel spoliari fecerit aliquem vel aliquam singularem personam ecclesiasticam vel secularem comune collegium vel universitatem de aliqua eius possessione vel quasi rei immobilis juris inherentis rei immobili vel de fructibus decime vel de jure decimationis vel de aliqua quacumque re immobili, puniatur et condennetur in libris trecentis parvorum pro quolibet eorum et minus arbitrio iudicentis secundum qualitate delicti et persone delinquentis et nichilominus teneatur seu teneantur restituere posessionem vel quasi cum fructibus spoliato et ulterius condennetur quod amplius non debeat ipsum spoliare. Et super hoc compellatur prestare bonam satisdationem librarum trecentarum et de parendo mandatis dicti domini potestati.

De vi molestativa turbativa vel inquietat. posession. cixvii

Item quod si aliqua persona collegium vel universitas cuiusque status dignitatis et conditionis existat a modo molestaverit vel turbaverit seu inquietaverit aut molestari seu turbari vel inquietari fecerit aliquem vel aliquam personam ecclesiasticam vel secularem, comune collegium vel universitatem in aliqua eius posessione vel quasi rei immobiles vel juris inherentis alicui rei immobilis vel fructibus decime seu jure decimationis, vel in quacumque re immobili puniatur et condennetur in libris ducentis parvorum pro quolibet eorum. Et nichilominus teneatur et debeat dimittere molestatum seu inquietatum vel turbatum in pacifica eius posessione vel quasi. Et insuper condennetur quod in futurum non debeat ipsiun molestare inquietare nec turbare. Et super hoc ac de parendo mandatis dicti domini potestatis cogatur

prestare satisdationem bonam per omnia juris remedia de libris trecentis parvorum.

De inviolentijs agnati teneatur pro agnatis non suppositis. cxxviii

Item quod si contingit aliquem non suppositum jurisdictioni comunitatis riperie vel qui ipsam riperiam declinaverit in futurum committere inquietationem molestationem invasionem occupationem vel violentiam in aliqua re immobili vel jure. Quod fratres nepotes patrum et alij proximiores usque ad quintum gradum secundum jura civilia computandum teneantur ad predictam restitutionem et dimisionem pensionis cum fructibus. Si spoliatio intercesserit et sive intercesserit sive non ad ipsum non molestandum in futuram et qualibet molestatione per eum fienda relevandum. Et nichilominus predici non subjecti vel qui ipsam jurisdictionem declinant qui comiterent predicta vel aliquid predictorum sint, exempli a qualibet protectione defensione, beneficio auxilio, et a statutis provisionibus et reformationibus comunitatis predicte. Et nulcuonius eiusm spoliati resiliuantur et reducantur in posessionem omium rerum spoliatarum et in posessione rerum in qua fuerint turbati inquietati vel molestati manueantur.

De violentiis notificandis.

cxlviij

Item quod consules et alij officiales ac comunia terrarum burgorum castrorum locorum casinarum districtus dictae riperie teneantur et debeant infra octo dies a die violencie commisso, notificare dicto domino potestati vel eius judici ad maleficia omnes violentias occupationes et invasiones molestationes et turbationes factas et que a modo fierent in ipsis terris burgis castris locis et casinis sub pena et banno pro qualibet consule vel officiale librarum vigintiquinque parvorum pro qualibet vice. Et si in predictis fuerint negligentes ipsi consules et officiales ac comunia quod dictus dominus potestas et eius judex maleficiorum et unusquisque eorum possint teneantur et debeant ex officio suo contra eos et ea inquirere condennare et punire ut supra.

Quod calumpniatus de violentia detineat.

quousque satisdederit.

cl

Item quod inquisitione formata seu acusa, vel notificatione data de predictis vel aliquo predictorum dominus potestas et eius judex ad maleficia et quilibet eorum teneantur calumpniatos de violentia capere et personaliter detinere quousque prestiterint bonam et idoneam satisdationem. Cum bonis fideiussoribus qui non sint de magnatibus riperie de parendo mandatis dicti domini potestatis et eius judicis et de restituendo et solvendo res in quibus violentiam commisissent et totum idem quo condemnarentur super ipsa inquisitione acusa vel notificatione.

Quod in crimen spoliationis inquietationis vel turbationis

procedatur sumarie.

cli

Item quod in crimen spoliationis posessionis vel quasi vel molestationis inquietationis vel turbationis et in crimen eius qui fecit vel fieri fecit predicta vel aliquod predictorum dominus potestas et eius judex maleficiorum et quilibet eorum omni exceptione remota nisi debamto homicidij dumtamen inquietatio habeat debitam formam per respectum ad locum et declarationem rey. In qua dicitur esse delictum possit teneatur et debeat officio suo sumarie sine strepitu et figura Judicii, omni jure et statutum solempnitate omissa de predictis et quolibet predictorum postquam eis vel aliam eorum fuerit notificatum inquirere et inquietationem facere et super ea procedere condennare et pronunciare infra menses duos post publicationem processus, sub pena librarum centum parvorum potestati et librarum quinquaginta parvorum iudicenti totiens quotiens predicta non servaverint et excutioni non mandaverint. Et quod de predicta spoliatione molestatione inquietatione et turbatione et quolibet predictorum credatur sacramento spoliati molestati inquietati et turbati cum uno teste idoneo et fide digno, vel cum probatione de voce et fama publica. Idem in omnibus, et per omnia locum habeat si data fuerit acusa

*De advocate et procuratore dando deponenti
querimoniam de violentijs.*

cli

Item quod si quis deposuerit querimoniam de aliqua occupatione vel invasione seu turbatione vel quasi alicuius rei sibi facta et dixerit se non posse habere advocatum vel procuratorem. Quod dominus potestas et eius judex, teneantur et debeant eidem dare unum vel plures advocatum vel advocatos et procuratores et modis omnibus eos compellere cum competenti salario ad predictam advocationem et pro-curationem faciendam prestito sacramento per ipsum advocatum seu advocatos et procuratores de ipsa advocatione et procuratione bene et fideliter faciendis.

Quod statuta de violentijs mandentur executioni. cliii

Item quod predicta statuta et quodlibet eorum edita super violentijs et ceter. mandentur executioni non obstantibus allegationibus seu exceptionibus fodrarum vel talearum vel exercitus vel bamni seu contumacie civilis. Et quod medietas omnium penarum imponende occaxione violentiarum perveniat et pervenire debeat in offensum seu eius heredes, et alia in comunitatem predictam.

Quod bamniti de maleficio possint impune offendii. cliv

Item quod omne damnum incuria vel maleficium datum et factum in persona bamniti de maleficio ex quo pena sanguinis ingeratur perpetuo remaneat impunitum et impunita et processus qui fieret per quemque rectorem sit ipso jure nullus. Et salvo quod si offensio fieret tali bamnito per illum vel illos, qui in pace, vel in treugua secum forent proinde maleficium puniatur ac si in bamno maleficij non esset offensus.

Quod bamniti de maleficio non admittantur. clv

Item quod bamniti de maleficio non admittantur ad petitionem sui juris nec ad aliquod testimonium reddendum bamniti vero de maleficio pro fideiussoria prohibere possint testimonium, nisi alias prohibebat de jure.

De maleficijs notificandis.

clvi

Item quod anciani seu consules vel officiales terre in qua habitat et in futurum habitabit dominus potestas riperie infra terciam diem a die qua homicidium vel ferita sanguinolenta facta fuerit in eorum contratis seu vicinijs teneantur notificare ipsam feritam seu homicidium coram dicto domino potestate vel dicto eius judice ad maleficia sub pena librarum quinque parvorum de suo proprio avere pro sola ferita sanguinolenta, et librarum decem parvorum pro ferita ex qua moriatur homo. Et quod consules et officiales cuiuslibet alterius terre comunitatis predicte, teneantur simili modo feritas sanguinolentas et homicidia notificare que in eorum terris contratis, vel vicinijs perpetrata fuerint infra octo dies, sub pena predicta. Et predicta locum habeant si fuerint ab ortu solis usque ad occasum. Et si dicti Anciani aut consules vel officiales negligentes fuerint, in notificando ut supra. Quod dominus potestas et eius judex ad maleficia deputati possint inquirere, et de ipsa negligentia contra ipsos Ancianos consules et officiales procedere et ipsos punire et condennare ut supra. Salvo quod aliqua contenta in predictis capitulis, non habeant locum. Si misclantia ferita vel homicidium fieret inter forenses.

De bamnito de rebellione.

clvii

Item quod si quis bamnitus de rebellione comunitatis riperie recipierit, et in eo preterierit bona eius publicentur, et in dictam comunitatem perveniant, et ipso jure publicata et in comunitatem pervenisse intelligatur. Salvo jure creditorum et cet. prout in statuto de homicidio continetur. Et si in fortiam comunitatis predicte perveniet capite puniatur. Rebellis vero dicte comunitatis non bamnitus puniri possit et condennari in persona vel avere arbitrio domini potestatis, inspecta qualitate facti. Et si quis tractaverit cum talibus inobedientibus rebellibus comunitatis predicte, vel cum alio quocumque singulari collegio vel universitate aliquid ex quo status illustris et magnifici domini domini nostri vel comunitatis predicte turbaretur vel turbari posset aut litteras vel nuncios sive spigias reciperit vel man-

daverit in detrimentum prefati status, puniatur in avere vel persona arbitrio dicti domini potestatis, inspecta qualitate personarum et facti. Et in predictis casibus et quolibet eorum idem dominus potestas et eius judex, et quilibet eorum suo officio debeant et teneantur inquire et procedere in iudicia argumenta et tormenta et omnibus alijs modis, quibus eis melius videbitur et punire et condennare. Et intelligentur rebelles dicte comunitatis. Illi qui adversantur pacifco statui prelibati illustris et magnifici domini et comunitatis memorate.

Quod jus creditorum et ascendentium sit salvum.

clviii

Item quod in omnibus casibus in quibus sit publicatio bonorum semper intelligatur et esse debeat salvum et illesum jus creditorum ascendentium et descendenterum et cet. sicut in statuto de homicidio contenetur, in casu etiam quo fiat de aliquo per quam aliquid veniat applicandum comunitati similiter salvum sit et illesum jus creditorum et descendenterum et cet. Ut in dicto statuto de homicidio continetur.

*Quod tenentes bona bamnitorum et rebellium
restituatur ea comunitati.*

clviii

Item quod illi tenent bona bamnitorum vel rebellium comunitatis predice sive justa causa teneantur illa bona restituere dicte comunitati cum fructibus perceptis et percipiendis usque ad tempus restitutioonis fiende ipse comunitati de dictis bonis.

*Quod bona bamnitorum perveniant in comunitatem
salvo jure.*

clx

Item quod dominus potestas riperie teneatur et debeat dare operam cum effectu quod bona omnium bamnitorum de maleficio comunitatis predice, quorum bona publicata sunt aut erunt vel per statuta vel per sententiam in ipsam comunitatem perveniant. Salvo jure creditorum et aliorum jus habentium in ipsis bonis et cet. prout in statuto de homicidio continetur.

*De bonis bamnitorum inquirendis et faciendis
pervenire in comunitatem.*

clxi

Item quod judex qui deputatus fuerit ad bona talium bamnitorum teneatur et debeat omnibus modis quibus melius poterit inquire et inquiri facere bona que per tales bamnitos tenebantur et possidebantur tempore maleficii perpetrati et facere ea bona prout publicata fuerint pervenire in comunitatem predictam salvis juribus ut in statuto de homicidio continetur.

*De pena prestantis auxilium consilium vel favorem
alicui bamnito seu condenn. aut rebelli.*

clxii

Item quod quilibet districtualis vel subditus comunitatis predicte qui aliquem malefactorem rebellem bamnatum vel condemnatum seu bamniendum vel condemnandum pena mortis receptaverit seu tali malefactori rebelle bamnito vel condennato seu condemnando victimum deridet seu ministraverit aut consilium auxilium vel favorem prestiterit in districtu dicte comunitatis vel ejus jurisdictione eo ipso cadat et cecidisse intelligatur in illam penam, et ipsa eodem pena sit et veniat puniendus qua puniendus veniret et esset talis malefactor. Rebellis bamnitus vel condennatus seu condemnandus que receptaverit seu cui victimum ministraverit aut consilium auxilium vel favorem prestiterit ut supra.

*De suspensio bamniti seu bamni habeatur
pro abolitione ut infra.*

clxiii

Item quod suspensio bamniti vel condennati seu bamni vel condennationis tam facta quam fienda per Illustrem et magnificum dominum nostrum dominum comitem virtutum vel eius mandato habeatur pro abolitione et canzelatione bamni et condennationis quo ad omnem effectum juris durante tempore dicte suspensionis non obstantibus aliquibus statutis provisionibus vel reformationibus aut alijs ordinibus in contrarium factis vel fiendis perdictam comunitatem.

*Qualiter dominus potestas et ejus judex ad petitiones
allicuius teneatur aliquem cogere ad satisdandum.* clxiii

Item quod dominus potestas et ejus judex ad maleficia et uterque eorum omnibus juris remedij teneantur ad petitionem, cuiuslibet dicentis se timere de aliquo ne eum offendat ipsos et ipsum, de quo vel quibus dixerit se timere, cogere ad satisdandum, cum bonis fideiussoribus de dicta riperia de libris quingentis parvorum, et plus minus arbitrio ipsius domini potestatis vel dicti judicis inspecta qualitate personarum et facti de non offendendo ipsum talem qui sic petierit in persona vel rebus.

*De subditis terrarum domini venientibus a partibus
inimicorum ad offendendum tempore guerre.* clxv

Item quod si aliquis subditus Illustris et magnifici domini nostri domini comittis virtutum vel de terris eius decetero veniet a partibus inimicorum prefati domini ad guerezandum vel dandum damnum in casu vel actu guerre super territorio comunitatis predice, intelligatur et sit ipso facto rebellis et bamnitus eiusdem domini et dicte comunitatis. Et si in fortiam potestatis, vel officialium prefati domini vel dicte comunitatis pervenerit strascinetur, et suspendatur per gulam tanquam rebellis et proditor patrie sue.

*De quibus possint cognoscere vicarij et consules
terrarum comunitatis riperie.* clxvi

Item quod in qualibet terra burgo vel castro territorij et districtus riperie in quibus vel qua seu quo sit aut in futurum erit, in aliquis vicarius deputatus per illustrem et magnificum dominum dom. nostrum, qui debeat vel possit jus reddere seu per quem fiat et redditur jus a libris sex parvorum supra servetur et servari debeant per ipsum talem vicarium decreta prefati magnifici domini et statuta comunitatis predice tam in criminalibus quam in civilibus facta, dum non sint contra decreta vel mandata eiusdem domini, in alijs vero

terris burgis vel castris dicte riperie in quibus non sint nec in futurum erunt tales Vicarij. Sed in quibus sint aut erunt consules terri-gene ipsarum terrarum burgorum vel castrorum seu vicarij districtua-les riperie predite, per communia ipsarum burgorum vel castrorum... el-lecti possint ipsi tales consules et vicarij cognoscere in civilibus tan-tum inter vicinos et terrerios, usque ad sumam librarum trium pla-net, et non ultra et quicquid per ipsos consules et vicarius factum fuerit usque ad dictam sumam, et ab ea infra valeat et teneat, et exe-cutioni mandari possit et debeat et per eos et successores eorum.

*De pena conquerentis de aliquo coram alio judice
quam judice comunitatis riperie.*

clxvii

Item quod quilibet persona subiecta jurisdictioni comunitatis pre-dicte que conqueri voluerit de aliqua alia persona subiecta ut supra aliqua de causa teneatur et debeat illam talem personam de qua con-queri voluerit facere citari et requiri coram domino potestate vel eius Vicario, aut judicente ad civilia vel criminalia in dicta comunitate. Et non coram aliquo alio judice vel officiale, seu magistratum cuius-cumque conditionis dignitatis vel status existat aut vocatum in jure, retinere extra comunitatem predictam et eius districtum pro aliqua questione vel causa, de qua ipsi domini potestas seu vicarius vel jus-dicens, cognoscere possint de jure comuni vel secundum formam statutum vel reformationum vel provisionum, seu consuetudinum dicte comunitatis. Sub pena librarum centum parvorum, et amissionis juris sui et cause pro quo vel qua sub alio judice, vel officiale seu magi-stratu ipsum talem citari seu requiri aut vocari fecerit seu vocaverit, aut vocatum tenuerit quam sub examine prefati domini potestatis vel officialium ejus et dicte comunitatis.

De pena communium comunitatis habentium statuta comun. clxviii

Item quod quolibet comune terra locus vel universitas dicte com-unitatis jurisdictioni subiecta quod vel que fecerit vel haberet seu teneret aliquod statutum seu ordinamentum contra statuta dicte co-

munitatis, seu contra libertatem dicti domini potestatis et subditorum dicte riperie puniatur, et condennetur in libris decem parvorum et minus arbitrio dicti domini potestatis, inspecta qualitate statuti seu ordinamenti, et nichilominus tale statutum seu ordinamentum sit nullum et nullius valoris. Salvo tamen quod hoc statutum nullum preiudicium faciat statutis comuniū comunitatis predice imponendo penam vel penas committentibus aliqua in eorum terris vel territorijs, contra statuta ipsorum comuniū, sed ipsa talia statuta contra committentes contra ea ut supra eiusdem comuniib⁹ serventur et locum habeant, dummodo ipse pene, per dicta comuniā seu eorum statuta non ponantur majores forensibus seu circumvicinis quam ponuntur tererijs et vicinis talis comuni⁹.

De pena imposta bubulcis ascendentibus plausta. clxviiii

Item quod quilibet bubulcus, qui conduceat plastrum aliquod vel currum per terras vel villas dicte comunitatis vel aliquam earum ire debeat ante boves et tenere manum super timono et eos boves caute ducere et non ascendere dictum plastrum seu currum vel timonē, sub pena soldorum decem planet. pro quolibet et qualibet vice, et damnum inde secutum reficiat pacienti, et quilibet de predictis possit esse acusator et habeat medietatem bamni seu condennationis.

De penis duplicandis tempore noctis. clxx

Item quod omnes pene pecuniarie duplicitur et duplicari debeant contra delinquentes tempore noctis. Quodque omnes pene pecuniarie et condennationes, que de cetero imponerentur et fierent de aliquibus delinquentibus, intelligantur et sint de bagatinis.

De strata publica aptanda. clxxi

Item quod quilibet potestas dicte comunitatis, saltem semel in officio suo teneatur et debeat suo sacramento aptari facere stratam publicam per quam inter itur a gargnano usque ad confinia de gavardo, per comuniā in quorum territorio est ipsa strata de amplitudine bra-

chiorum novem, sub pena duorum soldorum pro qualibet pertica et qualibet vice cuilibet contrafacenti, infra octo dies post proclamationes factas ex parte dicti domini potestatis. Quod statutum non vindicet sibi locum in terris in quibus sit dicta strata inter domos ab utraque parte ipsius strate positas.

*De pena tractantium contra statum domini
et comunit. riperie.*

clxxii

Item quod nulla persona undicunque sit, et cuiusvis status vel dignitatis existat audeat vel presumat dicto vel facto per se vel alium tractare cum aliquo vel aliquibus aliqua per que presens status ripe-
rie in aliquo ledatur vel ledi possit seu presumatur seu etiam mutari turbari vel ledi posset seu possit, vel litteras aut nuncios seu am-
baxiatas vel ambaxiatam alicui vel ab aliquo mittere vel recipere nec portare nec tractantibus mittentibus vel recipientibus aut portantibus etiam si essent minima modo aliquo consentire aut eis opem vel auxi-
lium seu favorem aliquem dare nec prestare. Et si sciverit aliquem vel aliquos contrafacentes litteras ambaxatas vel nuncios mittentis il-
lum vel illos infra terciam diem domino potestati comunitati riperie predicte notificare teneatur. Et si quis repertus fuerit in futurum pre-
dicta vel aliquod predictorum fecisset vel in aliquo contra ea venisse seu etiam tacuisse, puniatur et puniri possit in avere et persona, arbitrio dicti domini potestatis vel eius judicis maleficiorum, seu alterius cuiusvis iudicantis in dicta comunitate. Et de predictis quilibet ipsorum iudicantium procedere punire et condennare possit ut supra dictum est, tam ex officio, quam per inquisitionem, et extra ordinem prout et sicut videbitur et placuerit contra quoscumque, et quecumque incul-
patos seu suspectos de predictis vel aliquo seu aliquibus eorum et ad tormenta procedere semel et pluries repetere judicio aut judicijs legittime precedentibus. Et insuper predicta omnia et singula in quo-
libet predictorum casuum, in omnibus et per omnia se extendant et locum habeant et sibi vindicent contra asinos et quoslibet qui ha-
ctenus et a modo suspecti fuerint quod aliquem assassinaverint vel

asasinari fecerint, aut suaserint vel mandaverint vel de predictis tractaverint esto quod non pervenerit ad officium vel qui depositum aut promissionem fecerint vel reciperint re vel facto aut verbo per se vel alias personas quocumque modo directe vel indirecte. Et liceat et licitum sit cuilibet iudicenti dicte comunitatis predictos et quemlibet predictorum reorum facere strasinari et ad furchas suspendi, vel strascinari facere et super rotam ponere seu poni facere, prout et sicut sibi placuerit. Ita quod omnino moriatur et eius supplicium alijs transeat in exemplum. Et hoc non obstantibus aliquibus provisionibus vel reformationibus dicte comunitatis in contrarium factis vel fieri dis. Et predicta et quolibet predictorum se extendant et locum habent tam in comisis a tempore citra quo prefatus illustris et excelsus dominus domin. dicte riperie habuit diminutum, quam in futurum committendis, non obstantibus aliquibus legibus constitutionibus statutis ordinamentis vel juribus civilibus vel municipalibus in contrarium editis vel edendis.

De solutionibus ministralium et baroariorum domini potestatis

et comunit. riperie et modi tenendi per eos.

clxxiii

Item quod barovarij dicti domini potestatis et ministrales comunitatis prediche, si contingerit eorum ire ad quodlibet infrascriptorum comunium, causa pignerandi ipsa comunia vel aliquod eorum seu aliquam singularem personam non possint accipere pro merito vie eorum nisi infrascriptas solutiones, videlicet, si fuerint unus ministralis et duo baroarij et si fuerint pauciores et ab inde infra pro rata accipere debeant. Si vero essent plures non possint tam plus recipere quam si essent unus ministralis et duo baroarij, sub pena decem soldorum parvorum pro quolibet et qualibet vice qua contrafecerint, et reficiendi statim expensas et interesse damnum passo. Primo si fuerit ut supra ad terram de trimosigno vel ad terram de limono seu ad alterium eorum et habuerint unum contumacem vel aliter seu plures usque ad quatuor pignerandos in altero ipsorum comunium possint accipere a qualibet persona sic pigneranda ad instanciam cuius-

vis persone soldos viginti unum parvorum. Si vero habuerint a quatuor supra usque ad decem pignerandos ut supra possint accipere a quolibet pignerando soldos duodecim parvorum. Si vero abuerint a decem supra quod pro quolibet pignerando non possint accipere nisi soldos sex cum dimidio parvorum. Et si fuerint ad terram de garnano causa pignerandi ut supra usque ad quatuor et abinde infra soldos decem parvorum et si minus pro rata, si plures habuerint ut supra. Et si ad terram de tuscolano soldos undecim parvorum pro quolibet. Et ad terram de materno soldos novem parvorum pro quolibet. Et si ad terram de gardono soldos sex parvorum pro quolibet. Et in terra de salodo soldos tres parvorum pro quolibet. In terra de vulzano soldos sex parvorum. In terra de Buarno soldos decem parvorum. In terra de sabio soldos tredecim parvorum pro quilibet. In terra de telijs soldos duodecim parvorum. In terra de cacijs soldos tredecim parvorum. In terra de ydro soldos sedecim parvorum. In terra de ano soldos decem octo parvorum. Item terra de la degagna soldos duodecim parvorum. In terra de provalio soldos duodecim parvorum. In terra de puvignaco soldos decem parvorum. In terra de polpenacijs soldos duodecim parvorum. In terra de soiano soldos duodecim parvorum. In terra de calvazesio soldos duodecim parvorum. In terra de mostolinis soldos duodecim parvorum. In terra de bidixolis soldos tredecim parvorum. In terra de carzago soldos tredecim parvorum. In terra de castrazono soldos tredecim parvorum. In terra de buracho soldos tredecim parvorum. In terra de scovolo soldos octo parvorum. In terra de manerva soldos duodecim parvorum. In terra de moniga soldos duodecim parvorum. In terra de la raffa soldos duodecim patvorum. In terra de patingulis soldos tredecim parvorum. In terra de desenzano soldos sexdecim parvorum. In terra de Rivoltella soldos decem septem parvorum. In terra de pocellengo soldos decem octo parvorum. Intelligendo semper usque ad quatuor. Et si abinde superius habuerint pignerandos usque ad decem, deinde a decem superius in qualibet dictarum terrarum, a terra de tremosigno, infra accipere possint secundum limitationem factam in ipsa

terra detrahendo de eorum salario pro rata. Item quod non possint se presentare ad domum alicuius contumacis nec eius pignerare, ad instantiam alicuius persone creditricis vel aliter nisi duobus vicibus ad plus. Itaque saltem secunda vice teneantur et debeat facere pro tali contumacia ipsi contumaci intromissionem si de suis bonis mobilibus invenerunt. Salvo ut infra. Et si de suis bonis non invenerint teneantur refferre ad officium notariorum civilium se non invenire posse de bonis talis contumacis pro tali intromissione sibi fienda, ita quod ultra duos vices pretextu alicuius contumacie, non possint se presentare ad domum talis contumacis, nec eum pignerare, nec talem contumaciam alicui alteri ministrali vel baroario concedere. Quodque si secunda vice qua fuerint ad pignerandum vigore eiusdem contumacie intromissionem non fecerint si de suis bonis reperire poterunt, quod quo predicta secunda vice nichil percipere possint, a tali contumaci eo casu. Item quod quotienscumque ibunt ad aliquam dictarum terrarum causa pignerandi ut supra. Quod nec pro intromissione fienda de bonis talis contumacis nec pro merito vie eorum possint accipere aliquod pignus. Quod spectet seu pertineat ad personam vel dorsum uxoris taliter pignerandi contra voluntatem ipsius domine. Et intelligatur de pannis seu vestibus tantum uxoris. Item quod si casus contingat ipsos nec ad pignerandum ut supra. Et uxor talis pignerandi vel aliqua alia mulier familie sue esset de partu, scilicet quod peperisset ipsi ministrales et baroarij non possint nec valeant a die quo peperit usque ad quadraginta dies continuos accipere lectum super quo jacebat ipsa talis mulier nec aliquid spectas dicto lecto nec pro intromissione fienda, nec pro eorum via non possint etiam aliquos nati vel nato paniculos accipere. Que omnia suprascripta attendere et observare teneantur ipsi ministrales et baroarij in quolibet predictorum casuum, sub penis predictis cuilibet contrafaciendi. Si vero ipsi ministrales et baroarij aut aliquis ipsorum vel aliquis aliud de familia dicti domini potestatis fuerint de mandato eiusdem domini potestati vel aliter, ad aliquod dictorum cominium, causa aliquius maleficij in ipsa tali terra comissi, aut ad capiendum aliquem

vel aliquos malefactores non possint valeant nec debeant aliquid accipere a dictis terris seu communibus vel officijs earum dictis occacionibus, sub pena soldorum quaraginta parvorum pro qualibet vice et restituendi quod reciperint. Et quod de predictis possint et debeant sindicari si contrafecerint.

De salario ministerialium concesso pro ambaxiatis

per eos fiendis. clxxiiii

Item quod quidem ministerialis dicte comunitatis tam ab ipsa communitate salariatus quam non possit accipere infrascriptas solutiones et non ultra infrascriptis de causis videlicet pro qualibet ambaxata quam fecerint in domibus sive palatio in quibus redditur jus per dominum potestatem dicte riperie. Et super platea terre in qua site sunt ipse domus vel palatium planetum unum. Et alibi in dicta terra puta in villis planetos duos pro qualibet. Et si extra dictam terram vel villas usque ad decem miliaria soldum unum planet. Et a decem miliaribus usque ad viginti et ab inde infra unum planetum pro qualibet miliare. Et ultra viginti miliaria similiter. Si vero extra terram predictam in qua redditur jus ut supra prope tria miliaria vel quatuor planetos quatuor pro qualibet ambaxata ut supra. pro quibus quidem solutionibus ipsi ministrales et quilibet eorum ad instantiam cuiuslibet requiringent teneantur ire ad faciendum tales ambaxatas seu precepta et eis referre sub pena librarum duarum parvorum pro qualibet et qualibet vice nisi haberet justam causam impedienti. Et quod aliquis non sit, nec fiat neque fieri possit ministerialis in ipsa comunitate, qui stet vel habitet cum aliqua persona ecclesiastica vel seculari comunitatis predice. Et nisi satisdet et promittat ydonee de faciendo et exercendo officium suum bene et legaliter et secundum formam decretorum magnifici domini nostri et statutorum comunitatis eiusdem. In super quod quilibet ipsorum ministerialium qui repertus fuerit in aliqua terrarum dicte comunitatis per aliquam personam ad cuius instantiam in dictam terram non fuerit et que requirat ipsum talem ministerialem ut faciat citationem aliquam sive ambaxiatam possit a

tali persona requirente pro qualibet ambaxiata seu precepto quam vel quod fecerit pro eo recipere tantum duos planet. et non ultra sub pena predicta.

Quod eligantur sex ministrales.

clxxv

Item quod per consiliarios dicte comunitatis seu sindicos vel deputatos in consilio ipsius comunitatis, elegantur sex ministrales qui haber debeant pro eorum salario a dicta comunitate pro qualibet singulo mense libras qui ministrales portare debeant et teneantur singulam beretam sive Infullam rubei et gialdi coloris, seu utriusque. Super quo vel qua sint insignia dicte comunitatis et domini potestatis eiusdem, sub pena decem soldorum parvorum pro qualibet et qualibet vice qua reperti fecerint contraface qui retineantur tali contrafaciens de salario suo per massarium seu texaurarium dicte comunitatis.

De solutionibus recipiendis per notarios deputatos

seu deputandos ad civilia.

cixvi

Primo de qualibet citatione seu Ambaxata ore tenus fienda et in actis scribenda denar. duos.

Item de qualibet ipsarum citationum extraenda de actis denar. duos.

Item de qualibet subscriptione per ipsos notarios fienda denar. sex.

Item de qualibet comparitione que fiet occaxione talium citationum, cum preservatione et cum acusatione contumacie rey. denar. quatuor.

Item de qualibet banno seu contumacia pignerandi vigore dictarum citationum unum tantum soldum unum.

Item de qualibet banno pignerandi plures pro qualibet ipsorum descriptorum denar. quatuor.

Item de qualibet citatione seu cedula fienda in scriptis, et in actis scribenda in qua non fuit mentio de aliquo Instrumento si per ipsos scripta et supra scripta fuerit de decem libris et abinde infra sold. unum denar. sex.

Item de qualibet dictarum citationum seu cedularum scribendarum in actis et subscribendam si per alios quam per ipsos scripta fuerit sold. unum.

Item de qualibet citatione seu cedula scribenda in actis et per ipsos ponenda a decem libris super quantumcumque sit suma sold. duos.

Item de qualibet relatione ipsarum cedularum fienda per ministralem denar. sex.

Item de qualibet comparitione que fiet occaxione talium citationum cum presentat. denar. sex.

Item de qualibet petitione producenda per aliquam personam ascendente quantitatem seu valorem librar. decem et ab inde infra ponenda in actis sold. unum, denar. sex.

Item de qualibet revisione tali petitioni fienda et in actis scribenda sold. unum, denar. sex.

Item de qualibet petitione asendente quantitatem vel valorem librar. decem et ab inde super quantumcumque fuerit summa proponenda eam in actis sold. duos, denar. sex.

Item de qualibet revisione tali petitioni fienda et in actis scribenda sold. duos.

Item de qualibet relatione ipsarum petitione fienda per ministram sold. unum.

Item de qualibet termino asignando librar. decem et ab inde infra et in actis scribenda sold. unum.

Item de quolibet dictorum terminorum asignandorum librar. decem et abinde super sold. unum, dr. sex.

Item de quolibet instrumento primicie et dationis insolutum librar. quinquaginta et ab inde infra, libr. unum, sold. duodecim planet.

Item de quolibet dictorum Instrumentorum librar. quinquaginta supra usque ad centum, libr. duas.

Item de quolibet dictorum Instrumentorum a dictis librar. centum super quantumcumque summa libr. duos, sold. decem.

Item de quolibet instrumento sententie ferende per domin. vicarium de consilio sapientis super questione ordinaria continente librar.

quinquaginta et ab inde infra ipsis in publicam formam reducendo, libr. unum, sold. duodecim.

Item de quolibet Instrumento dictar. sententiar. continente librar. quinquaginta et abinde super usque ad centum in publicam formam reducendo, libr. duos.

Item de quolibet Instrumento dictar. sentent. continente librar centum et ab inde super quantumcumque quantitas sive summa per ipsos in formam reducendo. Salvo nisi evidens labor scripture appearat et plus meretur, libr. duas, sold. decem.

Item de quolibet Instrumento appellationis facte occaxione talium sententiarum scribendo in publicam formam, libr. . . . sold. sedecim.

Item de quolibet dicto sive depositione testium recipiendorum super termino soldor. centum et abinde infra cum interogationibus a qualibet partium, sold. unus.

Item de quolibet dicto sive depositione testium recipiendorum super termino libr. decem et abinde super a qualibet partium cum interogatione, libr.... sold. unum, den. sex.

Item de qualibet compositione producente capitulis sive positionibus, sold. duos.

Item de quolibet dicto sive depositione testium recipiendorum super tribus vel quatuor capitulis sive positionibus cum interogationibus a qualibet partium et abinde infra, libr... sold. unum, den. sex.

Item de qualibet compositione cum capitulis decem et abinde super sive positionibus, sold. tres.

Item de quolibet dicto sive depositione testium producendorum super pluribus quatuor capitulis seu positionibus partium cum interogationibus a qualibus partium, sold. duos.

Item de qualibet precepto fiendo per dominum Vicarium de quo non sit carta, sold. unum.

Item de qualibet precepto fiendo de debito liquido per Instrumentum ascendentे libr. decem planet. usque ad vigintiquinque per imbreviando tantum, sold. unum, den. sex.

Item de quolibet precepto fiendo ut supra ascidente librar. vi-gintiquinque et abinde super usque ad centum pro imbreviando tan-tum, sold. duos.

Item de quolibet precepto fiendo ut supra ascidente libr. centum et abinde super pro imbreviando tantum, sold. duos, den. sex.

Item pro reducendo dictum preceptum in fortiam si requisitum fuerit, sold. octo.

Item de qualibet responsione prestanda super quacumque acusa alicuius datij si non fuerit satisdatio, sold. unum, den. sex.

Item de qualibet satisdatione prestanda super quacumque acusa datij in actis scribenda, sold. duos.

Item de qualibet satisdatione prestanda pro incantatorem alicuius datij asendente libras quingentas et abinde infra, sold. quinque.

Si vero ascenderit a dictis libris quingentis supra usque ad mille, sold. sex.

Si vero a dictis libris mille super quantumcumque sit summa, sold. octo.

Item de quolibet Instrumento Incantuum datiorum cum delibera-tione facta de dictis datijs et pactis inscriptis in ipsis datijs si per incantatorem vel ejus participem fuerit requisitus, si incantatio ascen-derit usque ad libras quingentas vel abinde infra, libr. duas.

Si vero a dictis libris quingentis super usque ad mille libr. duas, sold. decem.

Et si a dictis libris mille super quantumcumque sit summa habere et percipere possint dictos soldos quinquaginta et ultra soldum unum pro quolibet centenario librarum numerando a dictis libr. mille super.

Item quod dicti notarij teneantur et debeant dare inscriptionem rationatam dicte comunitatis nomina incantatorum dicte comunitatis cum nominibus eorum fideiussorum sine aliqua prestatione pecunie.

Item de qualibet citatione testum duorum vel trium et abinde infra per ipsos scribenda et subscribenda et a tribus supra sold. duos.

Item quod dicti notarij et quilibet eorum teneantur et debeant cuiuslibet petenti facere copiam de omnibus actis et scripturis publicis per eos scriptis in eorum officio et eius occaxione. Et pro ipsa copia percipere et habere pro qualibet facie carte bone et congrue scripta per eorum laborentium denarios novem planetorum.

Item quod ipsi notarij nec aliquis eorum non possint nec debeant ab aliqua persona que fecerit scribi vel exemplari aliquam de superscriptis scripturis aliquid percipere exigere vel habere, ultra predictas limitationes seu taxationes factas ut supra, pena et banno librarum duarum parvorum pro quolibet et qualibet vice. Cuius medietas sit comunitatis, et alia medietas damnum passi, si de hoc conquestus fuerit, et ultra, talis notarius teneatur ad restitutionem eius quod reperit ultra limitationem predictam ei a quo receperit.

Item quod si contingerit ipsos notarios dictum officium existentes facere seu scribere aliquam aliam scripturam vel instrumentum, de qua seu quo non sit superius facta mentio et non poterint se concordare de solutione talis scripture seu instrumenti cum illa persona ad cuius instantiam illum vel eam scripserit. Tunc teneantur partes elligere singulum notarium qui debeant taxare et declarare, totum illud quod ipsi notarij deputati ut supra seu aliquis eorum habere et percipere debuerit pro tali scripture vel Instrumento qui notarij compelli possint ad dictam taxationem fiendam per dominum Vicarium domini potestatis, bona fide sine fraude. Et ultra datam taxationem fiendam non possint habere nec percipere dicti notarij sub pena predicta.

Item quod dicti notarij deputati seu deputandi ad dictum officium non possint nec debeant intervenire nec procurare pro aliquibus personis in aliqua lite questione vel causa que fieret ad eorum officium coram domino vicario durante eorum officio sub pena librar. duarum planet. pro quolibet et qualibet vice applicanda dicte comunitati e -

nichilominus quicquid factum fuerit per eos ut supra non valeat nec teneat ipso jure.

Item quod dicti notarij deputati seu deputandi ut supra finito eorum officio teneantur et debeant dimittere et relaxare ad dictum banchum successoribus suis omnes processus, acta, filzas et omnes alias scripturas que et qui per ipsos notarios facta fuerint et scripta et fecerint in eorum officio ad dictum banchum. Ad hoc ut cuius interest seu interesse posset illos processus et scripturas possit habere, et de eis ostendere rationem suam. Salvo quod ipsi notarij possint penes se retinere librum brevariarum et infrascriptorum per eos factum ad dictum banchum tempore dicti eorum officij.

Item quod omnia Instrumenta et scripture quas fieri contigerit seu contingerint coram domino Vicario domini capitanei riperie in qualibet lite et questione per quascumquam personas litigantes ad dictum banchum nec non quecumque alia Instrumenta et scripture que fieri contigerint cum auctoritate et decreto Judicis durante officio dictorum notariorum non possint rogari nec scribi per aliquos alios notarios nisi per ipsos notarios dictum officium exercentes et deputatos ad civilia. Et si secus factum fuerit non valeat nec teneat ipso jure, nec ipsis instrumentis ulla fides adhibeatur.

Item quod dictus emptor teneatur et debeat solvere texaurario dicte comunitatis ad quintadecimam diem cuiuslibet mensis duodecimam partem precij dicti Incantus sub pena quarti applicandi dicte comunitati.

Item quod aliquis notarius vel alia persona, que seu qui non sit publicus notarius et etatis decem octo annorum ad minus de comunitate predicta non possit ipsum officium exercere. Et si contrafactum fuerit non valeat nec teneat ipso jure, et hoc ut omnia acta et omnes scripture que fient ad dictum banchum et occazione dicti officij perpetuo valeant in ipsa comunitate reperiri et haberi quotiescumque

expedicat. Et quod aliqua persona uno et eodem tempore non possit habere seu obtinere bina officia dicte comunitatis (sub) pena cuilibet acceptanti ipsa duo officia librari. quinque parvorum. Et nichilominus secunda electio de eo facta non valeat nec teneat ipso jure.

Quod aliquis qui non solvat honera et factiones cum comunitate riperie et qui non sit maior annis non possit habere officium in ipsa comunitate. clxxvii

Item quod aliquis qui non solvat onera et factiones cum aliquo ex communibus dicte comunitatis non possit habere nec recipere aliquod officium in vel ab ipsa comunitate seu in aut ab aliqua terra subiecta dicte comunitati pena et banno cuiuslibet elligenti et cuiuslibet acceptanti aliquod officium contra predictam formam libr. decem parvorum. Et nichilominus talis electio sit nullius vigoris, nec ipsum officium exercere possit sub dicta pena. Et hoc statutum vindicet sibi locum etiam in omnibus in quibus vis qui per Illustr. et magnific. domin. dom. nostrum mitterentur in ipsam comunitatem ad aliquod officium.

Quod dom. potestas vel ejus Vicarius seu officiales non possit dare Vicarium alicui terre vel universit. comunit. riperie. clxxviii

Item quod per dominum potestatem dicte riperie qui nunc est vel per tempora erit vel per vicarium ejus seu aliquem alium dei sui familia non possit compelli aliqua terra seu aliquod comune vel universitas dicte comunitatis habere vel tenere neque accipere vel recipere aliquem Vicarium rectorem vel officiale ultra consules massarios notarios et ministrales ipsarum terrarum comunium seu universitatum, sub pena librari. vigintquinque parvorum potestati et Vicario eius. Et cui libet de sua familia contra facienti, et libr. vigintquinque parvorum terre seu comunium vel universitatibus dicte riperie, talem Vicarium vel rectorem seu officiale acceptanti nisi predicta precesserint de mandato vel per litteras Illustr. principis et magnifici domini nostri quo casu nullam penam incident dictus dominus potestas eiusque Vicarius et familiares nec dicta communia. Salvo etiam si aliquod co-

mune vel aliqua terra seu universitas dicte comunitatis expensis elligere voluerint et habere aliquem alium vicarium seu officiales ultra predictos, quod illum elligere possint et recipere ad eorum voluntatem, si fuerit de jurisdictione dicte comunitatis et solvat onera et factiones cum ipsa comunitate, vel aliquo communione et aliter quem quidem Vicarium si electum forma predicta teneatur et debeat ipse dominus potestas per suas litteras confirmare ad petitionem officialium dictorum communium terrarum vel universitatum hoc requirentium per litera cuius confirmationis possit notarius sive canzelarius dicti domini potestatis petere percipere et habere soldos octo parvorum et non ultra.

*Quod nemo audeat vendere vel alienare posessionem
aliquam alicui forensi*

clxxviii

Item quod aliqua universitas vel singulas persona subiecta jurisdictioni comunitatis predicte non audeat nec presumat possit nec valeat facere aliquam venditionem sive alienationem concessionem datum vel pigneris obligationem nec in ultimis voluntatibus nec donationis ex causa mortis vel aliqualiter inter vivos nec etiam sub extimatoribus comunitatis predicte vel alio quecumque modo per quam vel quem tranferatur posessio de aliqua re immobili vel jurisdictione seu honore que vel qui foret in comunitate predicta vel districtu vel etiam extra districtum per quicumque miliaria prope confines alicui comuni collegio universitati vel singulari persone. Quod qui seu que non sit de comunitate predicta et eius districtu et que non stet et habitat continue cum sua familia in ipsa comunitate et ipsi comunitati non sit supposita in civilibus et criminalibus ad penam librarum decem parvorum cuilibet universitati vel persone singulari que contrafaciet. Et insuper illa talis res immobilis jurisdictione vel honor ipso jure et facto publicata sit et esse intelligatur statum comunitati predicte facta conventione vel pacto inter contrahentes aut datione iusolutum sub extimationibus facta et contracta sit inanis. Et etiam precium vel pecunia que daretur vel solveretur dicta de causa statim publicatum sit

comunitati predicte conventione vel pacto factis ut supra. Et ultra puniatur quilibet contrafaciens in aliquo predictorum arbitrio domini potestatis dicte riperie. Et de predictis omnibus et singulis venditionibus alienationibus concessionibus pignerationibus et insolutum dationibus tam hactenus factis quam que de cetero fient contra formam presentis statuti potestas seu rector tam presens quam qui per tempora erit teneatur et debeat inquirere procedere et punire et predicta executioni mandare sine aliquibus dilationibus non debeat teneatur nec possit de vel super dare sapientes. Quod statutum vindicet sibi locum et servetur etiam in omnibus et singulis venditionibus alienationibus concessionibus dationibus insolutum pigneris obligationibus donacionibus, tam ex causa mortis quam inter vivos et insolutum dationibus sub extimationibus ut supra factis a millesimo trecentessimo quinquagessimo primo citra contra formam ipsius statuti contra quoscumque qui contrafecissent eorumque heredes et bona. Quod quidem statutum etiam quodlibet commune dicte comunitatis teneatur observare. Et in statutis seu statutorum volumine ipsius communis registrari et de predictis omnibus quilibet possit esse accusator et habeat medietatem bannij et condennationis.

De pena portantis bladum extra territorium riperie clxxx

Item quod aliqua persona non audeat nec presumat possit nec valeat portare nec portari facere aliquod bladum vel legum extra dictum jurisdictionis comunitatis riperie predicte, pena et banno amittendi ipsum bladum vel legumen naves seu navem boves plaustra et bestias in quibus et cum quibus conduceretur et ultra librar. quinquaginta parvorum applicandis camere comunitatis et quilibet sit seu esse possit accusator faciens fidem de ipsa accusa cum duobus testibus idoneis quodque licitum sit cuilibet persone posse capere et datione quemlibet contrafacientem et habeat medietatem dictorum biadi et leguminis ac pene predicte. Et reliqua mcdietas perveniat in comunitatem predictam. Et hoc statutum etiam vendicet sibi locum in pullis contra personas non subiectas jurisdictioni dicte comunitatis.

Et quod quelibet persona forensis non subiecta ut supra cum se separaverit a portu vel aliunde cum aliquibus ex dictis rebus statim intelligatur incidisse penas predictas. Et quod per dominum potestatem dicte riperie nec aliquem alium officiale non possit fieri neque debeat alicui persone cuiusvis condictionis existat buleta alicuius quantitatis biadi vel leguminis conducendi extra dictum districtum, et si fieret vel facta reperiretur non valeat et per non facta habeatur.

*De pena conducentis bladum vel legumina extra terras de rivoltella
et dezenzano per aquam sine licentia domini potestatis. clxxxi*

Item quod nulla persona possit nec debeat conducere vel conduci facere aliquod bladum vel legumen de terris de rivoltella desenzano et patingulis nec aliqua earum per aquam sine licentia et buleta dicti domini potestatis pena et banno amittendi bladum legumen, navem et naves in qua vel quibus portarentur predicta vel aliquod eorum et ultra condennetur arbitrio domini potestatis inspecta qualitate persone et delicti. Et quilibet possit acusare denunciare quemlibet contrafacentem et habeat medietatem dicti bladi vel leguminis ac condennationis que fieret per dictum dominum potestatem.

*Quod quolibet comune comunitatis riperie
habeat suum consilium ordinatum. clxxxii*

Item quod quolibet comune seu terra jurisdictionis dicte comunitatis, a decem focularibus super teneatur et debeat habere consilium suum ordinatum de melioribus, et sufficientioribus ipsius communis seu terre habentibus maiorem summam seu existentibus plus in extimo in ipso comuni et in ipso comuni seu terra habitantibus pena et banno cuilibet dictorum comunium contrafacenti seu in predictis negligentibus vigintiquinque parvorum post noticiam habitam de dicto statuto.

*Quod mensure cominium comunitatis riperie
debeant bullari.*

clxxxiii

Item quod mensure quibus comunia et singulares persone comunitatis predice utuntur ad mensurandum oleum vinum et bladum bullentur et bullari debeant bullo domini potestatis seu capitanei dicte comunitatis presentis et futurorum ut infra. Et quod aliqua persona seu aliquod commune collegium vel universitas non possit nec debeat uti aliquibus alijs mensuris, nisi illis que bullabantur de dicto bullo sub pena cuilibet comuni vel universitati seu collegio librar. quinque parvorum et ultra amittendi dictas tales mensuras quibus reperti fuerint uti non bullatas ut supra. Quodque pro ipsis talibus mensuris bulandis per dominum potestatem seu capitaneum et deputatos tunc dicte comunitatis elligantur duo homines sufficentes in bullatores ad bullandam mensuras dictorum cominium tantum qui morentur seu habitent in terra in qua habitat vel habitabit ipse dominus potestas seu capitaneus. Et qui bullatores sic elligendi fieri faciant expensis dicti domini capitanei seu potestatis bullos treginta tres videlicet, unum pro quolibet cominium dicte comunitatis cum illo signo quo ipse dominus potestas sive capitaneus voluerit. Et quod quodlibet dictorum cominium post publicas proclamationes inde fiendas ex parte ejusdem dominus potestas vel capitaneus infra decem dies continuos vel plures si maior terminus in dictis proclamationibus fuerit assignatus teneatur et debeat portare seu portari facere dictis bullatoribus ad dictam terram ut supra unum modium ab oleo unam galetam ab oleo unam quartam a vino et unam quartam a blado et accipere ab ipsis bullatoribus unum ex dictis bullis, quas mensuras bullare debeant ipsi bullatores seu unus eorum una cum collaterali dicti domini capitanei dictis communibus, videlicet quemlibet modium secundum consuetudinem hactenus in dictis communibus observatam. Et in ipso tali modo asestare et bullare etiam medium modium quamlibet ut supra in ea asestare et bullare medium galetam et unam bazetam similiter. Item quamlibet quartam a vino communiter secundum consuetudinem ita

quod in ipsa quarta debeat asestante, et bullare medium quartam et situlam, item quartam a blado similiter secundum consuetudinem. Et accipere possint ipsi bullatores a quolibet dictorum comunitum pro bullatura et asestantura suarum mensuram soldos octo parvorum et pro quolibet bullo, soldos quinque parvorum et non plus que pecunia disponatur et convertatur secundum dispositionem ipsius domini capitanei. Ita tamen quod aliquod commune dicte comunitatis, quod non sit decem focholaria et ab inde super aut in quo non nascantur olive in quantitate saltem quinquaginta modia oley in anno non teneatur dictis bullatoribus portare aliquod modium nec aliquam galetam neque mensuram ab oleo nec incidat si non portaverit aliquam penam. Et similiter quod aliquod commune quod non sit decem focholaria ut supra, et in quo non nascantur saltem viginti plaustra uavarum non teneantur portare ut supra aliquam mensuram a vino. Quodque postquam dicti bulli dati fuerint dictis comunitibus et mensure predice fuerint eis bullate ut supra. Queliber singularis persona habitans in ipsis comunitibus et que abuerit aliquam ex dictis mensuris vel alijs teneatur et debeat infra alios quinque dies post proclamationes, inde fiendam. Ex parte consulum dictorum comunitum quam fieri facere teneantur ea die vel sequenti qua dictum bullum habuerint quamlibet mensuram quam habuerit sive ab oleo sive a vino sive a blado vel aliter qua utatur ad mensurandum, vel pro vendendo vel emendo bullari fecisse dicto bullo per officiale ad hoc deputatum seu deputandum per commune terre cuius fuerit habitatrix sub pena predicta. Quod quidem statutum non vidicet sibi locum nisi semel sub quovis potestate seu capitaneo sive eius officio durante.

De pena non tenantis passum consuetum. clxxxiiii

Item quod quelibet persona vendens pannum lane sive llni sive pignolatum vel aliter utens passo ad mensurandum teneatur et debeat tenere passum ad mensuram consuetam bonum et iustum ac bullatum bullo domini potestatis vel capitanei. Et cum eo dictum pannum vel pignolatum mensurare bene et diligenter, sub pena librarum duarum

parvorum pro quolibet et qualibet vice et perdendi dictum passum et restitutionis damni damnum passo, et quilibet possit accusare et habeat medietatem condennationis.

De pena mensurandis pannum per cimosam. clxxxv

Item quod quelibet persona vendens pannum lane in aliqua parte jurisdictionis communatis predicte teneatur et debeat mensurare cum passo justo et bullato ut supra posito per spigolum sive per medium panni positi et distincti super tabula vel disco et non per cimosam pena cuilibet contrafacenti librarum quinque parvorum pro qualibet vice et amittendi passum ac reficiendi damnum passo damnum et quilibet possit acusare quemlibet contrafacentem et habeat mediatem pene seu condennationis. Et de predictis potestas seu capitanus teneatur singulo mense inquire facere per colateralem suum vel alicui eius officialem ad penam librarum decem parvorum.

*Quod statuta communatis non inscripta in hoc volumine
de cetero non serventur.* clxxxvi

Item quod omnia alia statuta in presenti volumine sine in alio volumine statutorum civilium ipsius communatis et etiam victualium noviter factis non inserta a modo sint cassa et irita et pro cassis et iritis habeantur ad eo quod ipsis vel aliquo eorum uti non possit nisi essent decreta statuta vel alia ordinamenta Illustris principis et excelsi domini domini nostri mediolani que serventur et servari debeant prout ea considerit et mandaverit.

*Quod magnificus dominus dom. noster possit addere
munire corrigere et emendare presentia statuta.* clxxxvii

Item quod prefatus Illustris et magnificus dominus dominus noster possit et valeat addere et minuere presentibus statutis et ea mutare corrigere et emendare ac declarare pro sue libito voluntatis.

Confirmatio statutorum comunitatis riperie. clxxxviii

Nos dominus mediolani et Comes Virtutum Imperialis Vicarius generalis Recipimus supplicationem pro parte comunitatis et hominum nostre riperie lacus garde tenoris subsequentis et forme videlicet. Illustri et excellentissime dominationi vestre supplicant humiliter pro parte fidelium subditorum virorum comunitatis et hominum vestre riperie lacus garde brixiensis. Quatenus gratiam eisdem facientes specialem dignemini Statuta tam civilia criminalia quam victualium comunitatis predice que duxerunt magnificencie prefate presentanda per martinum de gardono et Johannem de rivoltella nuncios ipsius comunitatis Benigniter per vestras litteras prout jacent ad literam confirmare cum reservatione et absque derogatione decretorum prefate magnificentie tam editorum quam fiendorum. Quare cupientes ipsorum supplicantum requisitionibus compiacere Tenore presentium ex certa scientia ac de nostre plenitudine potestatis. Statuta ipsa in supplicatione contenta approbamus, confirmamus et ratificamus, et approbata confirmata et ratificata esse volumus et jubemus in omnibus et per omnia prout jacent ad litteram, non intendentes propter ea. Quod per huiusmodi confirmationem et ratificationem derogetur et derogari possit et beat in aliquo quibusvis litteris et decretis nostris tam factis quam fiendis, sed quod ipsa omnia prevaleant ipsis statutis et locum prioritatis obtineant et nobis denique reservatis jure auctoritate arbitrio et baylia huiusmodi statuta corrigendi reformandi in toto vel in parte et eis addendi diminuendi ac mutationes faciendi prout continuo nobis videbitur et placebit mandantes insuper potestatibus, capitaneis vicarijs referendarijs ceterisque officialibus meis quibuscumque presentibus inspecturis. Quatenus has meas observent litteras et faciant inviolabiliter observari. In quorum testimonium presentes fieri et registrari jussimus nostrique sigilli munimine roborari. Datum mediolani die nono aprilis Millesimo trecentessimo octuagesimo sexto nona Indictione.

Publicatio predictorum statutorum. clxxxviii

Millessimo trecentessimo octuagessimo sexto nona Indictione die quinta mensis Julij in terra de salodo in domo communitatis riperie lacus garde in qua habitat infrascriptus dominus capitaneus posita in contrata fontane apud lacum. Ibi in publico et generali consilio communitatis predicte, Mandato nobilis et egregij viri domini Antonij de rasignano riperie predicte capitanei et rectoris, convocato et congregato voce Ministerium dicte communitatis et sono campane more et loco solitis, in quo quidem consilio aderant. Idem dominus capitaneus Sapiens vir juris utriusque peritus dominus Bernardinus de bobio eius Vicarius et infrascripti deputati et consiliarij ipsius communitatis propositum fuit per ipsum dominum Vicarium quid videbatur ipsis deputatis et consiliarijs infadictis de statutis civilibus et criminalibus dicte communitatis que apportata erant ab Illustre principe et excellentissimo domino nostro domino mediolani et cet. comitte virtutum Imperiali Vicario generali et per eum approbata et confirmata ut in litteris prelibati domini post ipsa statuta registratis datis mediolani die nono aprilis proxime preteriti lacijs continetur. Et si ipsa statuta volebant ipsi deputati et consiliarij infrascripti approbare et confirmare ac publicari et decetero pro publicatis haberi, aut quid volebant super ipsis providere et ordinare. Qui omnes deputati et consiliarij infrascripti nomine eorum discrepante confirmaverunt et approbaverunt et pro confirmatis et approbatis esse ac pro publicatis decetero haberi voluerunt dicta statuta prout jacent in omnibus et per omnia. Et quod ipsa statuta et quodlibet eorum prout jacent a modo in antea vindicent sibi locum. Et ita providerunt et ordinaverunt in omnibus et per omnia ut supra dummodo non contradicant in aliquo decretis prelibati Illustris et magnifici domini nostri.

Quorum deputatorum et consiliariorum nomina hec sunt:

Tebaldus de arcilis de gargnano	} Omnes sex deputati super intratis et ex- pensis dicte co- munitatis.
Nicolaus quondam guielmi de gardono	
Johannes quondam petri de vulzano	
Vgolinus de bellutis de provalio	
Cominzolus acorsij de carzago et	
Parusius de moniga	} de gargnano
Johaninus coradini	
Magister Mafeus loco taroni quondam gargini	
Paulus turelle	
Dominicus dictus tardinellus	
Samoellus filius et loco tonoli amidani	} de materno
Cominus Cape	
Pelachanus florioli	
Johaninus dictus zavata de trimosigno	
Delaidus quondam nicolay de tuscolano	
Bartolameus de lancetis	} de salodo
Johannes jmpererij	
Bondurinus de vaxanij	
Justachinus agnelli	
Bertabonus picardi	
Rancibonus de giroldis	} de butizolis
Tomaxinus rosini	
Petrus ramboycij	
Bertolotus justachini de buarno	
Johannes Bertoli loco materni zorti de telijs	
Comincinus de pavono	
Johaninus Bertolini de la degagna	
Stefaninus fezoli loco marsi specienij d' ydro	
Stefaninus de laurencijs	
Antonius de zechis	
Bersotus cinquinj de soiano	

Bertolinus medici de puvignacho
 Franciscus gnochi loco Bertolasij de cavallis de calvazexio
 Johannes floche de polpenacij
 Mafezolus Johannis de mostholinis
 Cazola de buracho
 Dominicus cavagnini de castrazono
 Madonnus de provalio
 Aymericus de portexio
 Palamides de rivoltella
 Zilianus de gardono loco laurencij de desenzano
 Martinus girardi' de cisano
 Zannus Bersini de trovegnanis
 Jacobus otini de manerva
 Belotus rozini de patingulis
 Benedictus de vitalis loco martini gisalberti de cacijs.

Ego Antoniolus nato laurencini de lancetis de materno notarius et offitialis comunitatis predicte omnibus affui, predictasque provisiones et ordinationes mandato prefatorum dominorum capitanei vicarij deputatorum et consiliariorum scripsi, et ad cautelam et in robur omnium premissorum me sub scipsi.

Rubrice Decretorum.

- i. De obloquentibus contra statum domini.
- ii. De bonis homicidarum applicandis camere domini.
- iii. De pena illorum qui cum excessivo numero vadunt ad presentiam offitialium.
- iv. De conspirationibus et confederationibus disolvendis.
- v. Quod ter in anno transmittantur domino nomina carceratorum.
- vi. De pena scribentis literas parte sapientum extra territorium nostrum.
- vii. Ordo domini vetitis bladorum.
- viii. Additio super eodem.

-
- viii. Quod pretendentes jus in bonis confiscatus compareant in certum terminum.
 - x. Quod ad solvendos percussores non procedatur sine iudicio iudiciorum.
 - xi. Quod condennationes comunitatis non remitantur sine licentia domini.
 - xii. Ordo datum super decreto armorum.
 - xiii. Additio super eodem.
 - xiv. De pena impetrantis privilegia sine licentia domini.
 - xv. Quod a sententijs criminalibus non possit appellari.
 - xvi. Quod comunia non aggraventur ad solutionem sindicatorum.
 - xvii. De ordine servando in bonis homicidarum et de creditoribus.
 - xviii. De furiosis mentecandis.
 - xviii. Additio super eodem.
 - xx. Quod nullus officialis possit preesse regimini loca in qua habeat ascendentes descendentes naturalis vel affines.
 - xxi. Quod qui stetit in officio non possit usque ad annum officia obtinere.
 - xxii. Quod nullus officialis obtineat licentiam absentandi ultra xx dies sub pena.
 - xxiii. De bayla concessa inquisitoribus heretice pravitatis.
 - xxiv. De pena imposta capientibus pipiones.
 - xxv. Ne quis presumat impetrari gratias ab aliquo principe vel barone.
 - xxvi. De pena furantibus canes.
 - xxvii. Additio ad dictum decretum.
 - xxviii. Alius ordo super bladis.
 - xxviii. De pontibus et stratis reaptandis.
 - xxx. Quod banniti dominor. ferrarie et mantue possint stare et cet.
 - xxxi. Quod forensis a de numero non possit possidere negotiis ancianor.
 - xxxii. De pena frosantibus salem et dantibus consilium.
 - xxxiii. Additio super eodem decreto.

-
- xxxiv. Quod potestates non accipient a baroarijs pro pigneration, etc.
- xxxv. Quod attinentes magistrorum intratarum vel referendariorum non sit intromittatur ad texaurarijs.
- xxxvi. De ordine servando per illos quod pretendunt habere jus in bonis etc.
- xxxvii. De pena notariorum facientium falsi instrumentis et testium falsum deponendum.
- xxxviii. Quod licet aliquis bannitus eximatur de banno non tamen intelligatur restitutus ad bona.
- xxxix. Quod liceat offendere veronenses qui erant tempore prordinationis in verona.
- xxxx. De solutionibus non imponendis per officiales pro officio vel executione.

Volumen in quo inserta descripta et registrata sunt decreta edita et condita per Illustrem principem et excellentissimum dominum nostrum dominum Galeaz Vicecomitem Comitem Virtutum dominum mediolani Imperiale Vicarium generalem, Et per eum in comunitatem riperie lacus garde transmissa observanda etc.

De obloquentibus contra statum prefati domini

i

Dominus mediolani et ceter. comes Virtutum Imperialis Vicarium generalis.	Nobili viro capitaneo nostro riperie Lacus garde
---	--

Copiam decreti per nos nuper editi super facto obloquentium contra nos et statum nostrum, Tibi mittimus hijs inclusum, Quare volumus et tibi mandamus quatenus ipsum nostrum decretum proclamari et inviolabiliter observari facias sub pena indignationis nostre ac ipsum inferi in volumine statutorum Jurisdictionis per nos tibi comisse prout facet ad litteram. datum Mediolani die quindecima octobris M.ccc.LXXX.v. Et de receptione harum nos certos reddas per presentium portatorem datorum ut supra.

Gasparinus.

Nos dominus mediolani et cet. comes virtutum Imperialis Vicarius generalis. Volentes effrenatam temeritatem, et protervam audaciam satagentium aliqua ex parte eorum oblocutionibus dominio nostro detrahere seu loqui presumentium contra et adversus datia pedagia et gabellas vel alia regalia aut intratas nostre et civitatum ad comunitatum nostrarum camere pertinentes ut omnino convenerit effrenare. Sic quod quispiam in huiusmodi oblocutionibus sese relaxare et prorumpere temere non attemptet. Et intendentes quod nulla persona audeat nec presumat populum nominare, Et quod comunitatem et comune solummodo debeat appellare. Sic quod sub communis vel comunitatis nominare tam nobiles quam plebati tam parvi quam magni sub quodam indifferencia universaliter comprehendatur presenti nostro decreto et ex certa scientia et de nostre plenitudine potestatis edicimus decerninus et mandamus potestati nostro ibidem tam presenti quam futuris. Quod quelibet persona cuiusvis status et conditionis existat que audeat vel presumat quicquam loqui contra dominium vel dominii nostri conservationem et statum, seu contra datia pedagia et gabellas seu alias intratas nostre, et civitatum, et comunitatum nostrarum spectantes camere ut perfertur. Sive que audeat per ipsum modo aliquo nominare in jurisdictione per nos dicto nostro potestati commissa possit et debeat puniri, et condennari in avere et persona arbitrio dicti potestatis inspecta qualitate delicti et verborum taliter partatorem, et condictione similiter talium personarum. Sic quod ipsarum pena ceteris transceat in exemplum. Et hoc summarie et exspeditae omniisque juris et statutorum solemnitate et dispositione omissis. Et non obstantibus aliquibus legibus statutis provisionibus ordinibus et decretis, huic nostro decreto obviantibus quo quomodo, quibus in hac parte in quantum obviant expresse et certa scientia de nostre plenitudine potestatis derogamus et derogatum esse volumus per presentes mandantes hoc pro lege et decreto nostro inviolabiliter observari et inseri in volumine statutorum communis nostri predicti.

De bonis homicidarum applicandis camere domini. ii

Diminus mediolani etc. Comes | Nobili viro capitaneo nostro
Virtutum Imper. Vicar. generalis. | lacus garde

Copiam decreti per nos editi super bonis homicidarum applicandis camere nostre tibi mittimus presentibus inclusam, Volentes quod ipsum nostrum decretum observes et facias inviolabiliter observari, sub pena nostre indignationis. Et inseriri in volumine statutorum jurisdictionis per nos tibi comisse prout facet ad literam. Et de receptione harum rescribas nobis per latorem presentium, datum mediolani die quintodecimo octobris, millesimo trecentesimo octuagesimo quinto.

Quicumque comiserit homicidium seu comitti fecerit et reciperit bannum per contumaciam bona eius publicentur camere Illustris principis et magnifici domini galeaz Vicecomitis, comitis virtutum mediolani et cet. Imperialis Vicarii generalis. Quorum executio ad evitandum extorsiones maximas que facte fuerunt temporibus retroactis per officiales deputatos, ad exigendum debita ad cameram prefati domini fiat et fieri debeat per potestatem, Et potestas teneatur et debeat ipsa nona apprehendere infra mensem unum a die publicationis predicte. Et ad hoc ut veri debitores dictorum malefactorum non possint se querelare de preditis quod dictus potestas teneatur et debeat antequam incorporentur camere predicti magnifici domini facere publice proclamari per civitatem nostram tam ad palatium communis quam etiam in vicinia in qua habitabat ille talis bannitus tempore maleficij perpetrati ac etiam in alijs locis consuetis. Quod quilibet qui pretendit se creditorem talis banniti et condemnati, teneatur infra dies treginta a die cride proxime subsequentes comparere, Coram dicte potestate vel eius Vicario, et dare in scriptis omne et totum illud quod se habere de jure pretendit a dicto tali bannito seu condemnato super eius bonis, Quo termino ellapso non admittatur quisquam ad aliqua jura, que quovismodo pretenderet se habere contra dictum talem bannitum seu condemnatum nec contra eius bona. Quo etiam termino elapsio.

Quod dictus potestas teneatur et debeat infra viginti dies a fine dicti termini inchoandos dare insolutum illis quos invenerit veros esse credidores. Servato tam ordine prioritatis et posterioritatis de bonis dicti taliter condennati vel banniti usque ad integrum solutionem totius eius quod de jure habere deberet in extimatione duorum bonorum virorum per dictum potestatem elligendorum et quod residuum si quod erit ultra satisfationes creditorum predictorum postmodum incorporetur camere prefati domini ut premittitur. Et salvo jure legitime assendentium et descendenter dictorum malefactorum quod habituri forent de jure communis seu si ipse talis bannitus seu condennatus decessisset ab intestato. Que quidem solutio valeat et teneat ac si facta esset pro debitores dicatorum creditorum. Et quod predictas potestas teneatur predicta omnia executioni mandare in terminis taxatis sub pena salarij sui unius mensis totiens quotiens (toties quoties?) contrafecerit in promissis quod quidem statutum provisio et ordinamentum locum habeat ac servari et pratichari debeat in civitatibus et districtus nostris Ibidem in futuris maleficijs et condannationibus de cetero fiendis et comittendis.

*De pena illorum qui cum excessivo numero vadunt
ad presentiam officialium.*

iii

Dom. Mediolani et cet Comes | Nobili Viro capitaneum nostro
Virtutum Imp. Vicarius generalis. | lacus garde.

Mittimus tibi copiam cuiusdam decreti nostri quod condi mandavimus contra illos qui cum excessivo numero vel a masso vadunt ad presentiam nostrorum officialium vel conspectum volentes et tibi mandantes. Quatenus tale nostrum decretum prout facet ad litteram observes et facias pro lege municipali et decreto nostro inviolabiliter observari per jurisdictionem per nos tibi commissam ac etiam describi in volumine statutorum ipsius jurisdictionis ad perpetuam rei memoriam. datum mediolani die decimo octavo aprilis m.ccc.lxxxvi.

Nos dominus mediolani ecc. come Virtutum Imperialis Vicarius generalis Audientes esse nonnullos in civitatibus nostris et terris qui

seu arcessitati seu necessitatì nunquam ad conspectum nostrum magistratum rectorem vel officialem se conferre non mediocri comittum numero si excessivo potius et prevaricativo gentium comitatu non sine quadam inflata arrogativa et insolenti ostentatione eorum officialium nostrorum visibus se extendunt. Et non intendentis quod quispiam quantum cumque sit magnus et potens sive sit potens sive caporalis alicuius partis et secte sive de magnatum vel optimatum numero reputetur sive sit aliis cuius status gradus et conditionis existat ubilibet civitatum et terrarum nostrarum audeat vel presumat ad presentiam cuius vis ex officiis et magistratis nostris predictis tali personarum incondita et tumultuosa congerie sociatus et comitatus accedere. Tenore presentium Edicimus decernimus et mandamus quod nulla persona que sit caput sive caporalis alicuius partis et secte sive sit de magnatibus sive de potentibus sive alterius cuiusvis conditionis et gradus existat audeat vel presumat ire ad presentiam vel conspectum alicuius ex officiis nostris cum maiori numero et comitiva quatuor personarum. Et hoc sub pena Capiti seu principali partis huiusmodi Florenorum quinquaginta et totidem cuiilibet alij sive sit de magnatibus sive de potentibus sive alterius conditionis et nominis ut perfertur. Si duxerunt secum comitivam personarum numero quatuor excedentibus et pari modo cuiilibet de comitiva huiusmodi conductentis florenos quinque. Que pena totiens comitatur et exigi debet quotiens pro huiusmodi homines et personas contrafactum fuerit in predictis applicanda camere nostre. Relinquendo judicio et arbitrio officialium nostrorum et cuiilibet eorum ad cuius vel quorum presentiam contigerit tales personas conductentes accidere terminare utrum talis conducens sit caput partis vel principalis seu de magnatibus sive sit aliis quoque nomine censeatur. Cum hoc tamen quod quilibet talis possit conducere ultra dictum numerum comitivam si ab officiis predictis postulaverit licentiam seu presentiam adeundi cum tali majori numero personarum. Quibus quidem officiis liceat prout eis videbitur convenire de predictis licentiam talibus requirentibus im-partiri.

De conspirationibus et confederationibus dissolvendis.

iii

Dominus Mediolani etc. comes | Nobili viro capitaneo nostro
 Virtutum Imp. Vicarius generalis | riperie lacus garde.

Decretum nostrum quod condicemus super conspirationibus et confederationibus dissolvendis mittimus tibi presentibus inclusum. Volentes et tibi mandantes quatenus ipsum nostrum decretum prout facet ad litteram vel contextum in jurisdictione per nos tibi commissa observes, et pro lege municipali facias in violabilitate observari ac describi in volumine statutorum et ordinamentorum jurisdictionis predicte ad perpetuam rei memoriam datum mediolani die xxvii aprilis m.ccc.lxxxvi.

Nos dominus mediolani et cet. comes virtutum Imperialis Vicarius generalis Relatu fide dignorum percessimus quod nonnulli cives et subditi nostri de librarie (libramine?) justicie non confisi sed eorum pravis cogitationibus inherentes ligas uniones confederationes sectas et conventiculas nec non coniurationes et conspirationes diversimodus facere procurarent et procurant ut exinde precipue potentiores fiant. Et ob hoc eorum adversarios et emulos ac etiam asistere non volentes opprimere possint et facilius superare. Ex quibus suspectiones insurgunt pullulant inimicicie et partialitates crescere quamplurimum dignoscuntur multaque discriminia et alia deteriora possent faciliter evenire, intendentess itaque futuris periculis providere et obstatre principijs minantibus tanta mala ex certa scientia et de nostre potestatis plenitudine sancimus decernimus edicimus et mandamus huiusmodi ligas uniones confederationes sectas et conventiculas ac coniurationes et conspirationes universas quolibet et cuiusvis manericy nominis vel tituli censeantur aut nuncupentur hinc retro incohatas vel contractas quovismodo fore et esse debere irritas et innanes nulliusque valoris et momenti easque improbamus vellut illicitas et inonestas ac contra bonos mores celebratas et factas mandantes expresse eas nullatenus observari debere. Sed disolvi penitus et infringi ac revocari per eos. Qui eas fecerunt nec non de ipsis earumque di-

solutionibus notitiam nobis faciant infra mensem unum a die publicationis presentis decreti in antea computandum. Sub pena averis et personarum cuilibet contrafaciendi nostro arbitrio imponenda. Revo- cantes vero et notificantes ut perfertur penam pro aliquibus factis de predicti huic retro nullatenus patientur. Et quod conscijs ad predicta similiter teneantur decernimus insuper statuimus ac volumus et man- damus quod aliqui nostri cives vel subditi cuiuscumque conditionis gradus et status existant audeant vel presumant de cetero palam vel secrete directe vel indirecte vel aliquo quesito colore inhire contrahere vel firmare nec modo aliquo celebrare, ad invicem aliquam ligam u- nionem confederationem sectam vel conventiculam nec ullam conre- ationem vel coispirationem cuius manericy, et quocumque nomine ti- tullo vel vocabulo nuncupentur sub pena predicta. Quam etiam pe- nam incurant omnes et singuli fautores et participes, nec non pre- stantes auxilium, consilium et favorem in predictis quovismodo, si- milique pena puniri volumus et mandamus quosque ad quorum au- res et noticiam pervenerit aliquod ex promissis fore comissum con- tra presens nostrum decretum, nisi infra terciam diem a die scientie computandum illud manifestaverit nobis aut officiis nostris. Sub quorum jurisdictione fuerint constituti mandantes universis et singu- lis rectoribus officiis judicentibus nostris, ceterisque quibus spectat. Quatenus sub pena indignationis nostre, hanc nostram intentionem pro lege et decreto nostris debeant inviolabiliter observare et execu- tioni mandare, nec non facere publice divulgari, et in voluminibus aliorum decretorum nostrorum, nec non statutuum et ordinamentuum civitatum et terrarum nostrarum inseri et describi, In quorum et cet.

*Quod ter in anno transmit'antur curie domini nomina et cognomina
carerorum cum causis propter quas carcerabuntur.* v

Dominus Mediolani etc. comes || Nobili viro potes. nostro rip. lacus
Virtutum Imp. Vicarius generalis. || garde tanj presenti quam futuri.

Quoniam tribus vicibus in anno quibus ob reverentiam festivitatum nativitatis domini nostri Yhu xpi sacratissime resurrectionis eiusdem

et assumptionis beatissime virginis Marie eius matris, disposuimus aliquales gratias carceratis in carceribus communis nostri riperie lacus garde existentibus juxta facti qualitatem misericorditer impartiri expedit tibi scribi, quod eorum nomina ad nostram curiam trasmittas decrevimus super predictis hunc ordinem in quibuslibet civitatibus et terris nostro dominio suppositis de cetero observari videlicet. Quod ante ipsas festivitates per octo dies mittantur veraciter in scriptis ad predictam curiam nomina et cognomina ipsorum carceratorum, cum causis prope quas carcerati fuere singulariter et expressim, Si habent pacem cum offensis vel non et quanto tempore in ipsis carceribus permanerunt, Qua propter mandamus tibi, quatenus hunc ordinem a modo observes, faciasque inviolabiliter observari jubentes has nostras litteras ad perpetuam rei memoriam registrari, ac in volumine statutorum communis nostri lacus garde et decretotum nostrorum inferi et apponi, datum mediolani die decimo septimo aprilis m.ccc.lxxxvi.

Antonius

*De pena scribentis literas aliquas parte deputatorum vel sapientium
comunitatis seu dicte comunitatis extra territorium domini nostri. vi*

Nos dominus mediolani et cet. comes virtutum Imperialis Vicarius generalis. Est nostre intentionis volumus decernimus et mandamus presentium tenore nec non inhibemus, quod non sit aliqua persona, Cuiusvis status et condicionis existat, que audeat vel presumat scribere ex parte comunitatis riperie nostre lacus garde et sapientum seu deputatorum vel presidentium, negotijs ipsius comunitatis, nec ipsi sapientes seu deputati vel presidentes, audeant vel presumant scribere seu scribi facere parte dicte comunitatis nec ipsorum litteras aliquas extra territorium nostrum sine nostri speciali licencia. Sub pena florenos centum auti cuilibet eorum sapientum camere nostre applicanda, Et ulterius inspecta qualitate facti cuilibet contrafacienti nostro arbitrio afferenda in quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari nostrisque sigilli munimine roborari datum mediolani die xviii Junij m.ccclxxxvi. Indictione nona.

Francisthus.

Ordo datus per dominum super vetitis bladorum et leguminum vii.

Dom. med. et cet. comes virtutum Imperialis Vicarius generalis	Nobili viro potestati nostro riperie lacus garde.
---	--

Volumus quod decretum nostrum presentibus inclusum super **v**e-
titis bladorum facias statum per omnia loca solita jurisdictionis per
nos tibi comisse preconia voce publice divulgari et in volumine de-
cretorum nostrorum inferi ac ipsius copiam clara et legibilli transcri-
ptam litteram ad locum, ubi jura parte redduntur, unde nullus eam
movere presumat affigi, ut ad omnium tue jurisdictioni suppositorum
pleniorem deducatur notitiam facias omnem opponent diligentiam et
studium curiosum. Ut ipsum nostrum decretum ad plenum et invio-
labiliter observetur indignationem nostram si secus factum fuerit in-
cursurus, Et de ipsius receptione nos per tuas confestim reddas lit-
teras cerciores. Datum mediolani die decimo octavo julii m ccc.lxxxvi.

Gasparinus.

Nos dominus Mediolani et cet. Comes Virtutum imperialis Vica-
rius generalis Volentes providere et in nostro territorio valeat quod
absit fames seu carastia prevenire memorantes que alias mutarum gra-
vibus incomodis et orendis cladibus contigerunt Tenore presentium
providimus et tali lege nostra mandamus quod nulla persona tam ter-
ragena quam forensis cujuscumque status sexus gradus et conductio-
nis existat audeat vel presumat de aliquibus terris et territorijs no-
stri, nec per alias terras aut territoria nobis suppositas vel suppo-
sita extra dominium et territorium nostrum conducere vel portare
aut conduci vel portari facere, nec conducentibus aut portantibus pre-
bere auxilium consilium vel favorem. Aliquod frumentum bladum
legumina alicujus manericy nec farinam nisi cum litteris nostri sigillo
nostro sigillatis et buletino nostro secreto munitis, Sub pena et in
pena perudendi frumentum bladum legumina seu farinam, quod sic
portarentur aut conducerentur nec non bestias plausta, naves et que-
libet instrumenta super quibus et in quibus ipsa frumentum bladum
et legumina seu farina portarentur aut conducerentur nec non sub

pena et in pena florenorum decem pro quolibet modio mediolanensi quorum omnium due partes applicentur camere nostre et alia tercia pars perveniat in jurisdictiones seu denunciatores vel accusatores si probetur verum esse quod in denunciatione vel acuis continetur.

Item quod de uno ex districtibus nostris vel per unum nostrum districtum ad alium nostrum districtum nemo cuiuscumque status seu conditionis existat audeat vel presumat portare seu conducere aut portari seu conduci facere nec portantibus aut conductentibus prebere auxilium consilium et favorem frumentum legumina seu bladum alicuius manerius aut farinam nisi cum litteris ut supra sub pena et in pena amittendi frumentum legumina seu bladum aut farinam que sic portarentur aut conducerentur nec non bestias plausta naves et quebet Instrumenta. Cum quibus et super quibus portarentur predicta seu aliquod predictorum nec non sub pena et in pena florenorum quinque pro modio mediolanensi quorum omnium due partes applicentur ut supra et etiam tercia pars ut supra.

Item quod de loco seu terra alicujus nostri districtus ad locum seu terram aliquam cuiusdem nostri distritus nemo cuiuscumque conditionis existat audeat vel presumat conducere vel portare seu conduci vel portari facere frumentum legumina bladum alicuius manericy seu farinam sine licentia et buletino potestatis aut vicarij illius terre vel loci unde portarent vel conducerent sub pena et in pena perdendi frumentum legumina bladum aut farinam que sic conducerentur, nec non bestias plausta naves et Instrumenta super quibus et cum quibus predicta porterentur seu conducerentur. Quarum omnium due partes ut supra applicentur et etiam tercia pars ut supra. Sit tamen licitum cujusque deferre conducere seu portare volenti de loco vel terra subdita alicuius civitatis ad ipsam civitatem per iter rectum, et usitatum tam pro terra quam pro aquam libere et impune conducere defere seu portare frumentum legumina bladum et farinam.

Item quod licitum sit molendinarijs impune portare seu conducere ad molendina in quibus macinant causa macinand: frumentum et bladum et a molendinis reportandi seu reconducendi farinam macinatam dum tamen portent de die et per vias usitatas et de locis in quibus non sit suspicio manifesta de fraude et de locis in quibus et de quibus sit verisimiliter eos macinare. Et dummodo frumentum et bladum ultra octo dies computatio tempore portationis et deportationis teuere non possint. Alias incurvant penas super contentas ut supra expressum est. Et idem servetur in personis portantibus ad molendina et reportantibus a molendinis ad domos habitationis sue intelligendo quod possint portare ad molendina modium unum pro persona sine aliqua buleta et a modio uno supra ad mensuram mediolanensem super habere debeant licentiam cum buletino uno potestatis vel vicarij sui quem sibi concedere teneatur absque ulla prestatione pecunie seu alterius rey et libere.

Item quod nulla persona tam terrigena quam forensis audeat vel presumat emere vel acquerire quacumque titolo in districtu alicuius nostre civitatis vel terre frumentum bladum legumina vel farinam pro suo usu et sue familie animo et intentione incaparandi nisi illud ducat vel duci faciat intra civitatem illam in cuius districtu emerit vel acquisiverit aut intra civitatem nostram mediolani vel papie infra unum mensem a die emptionis vel acquisitionis computandum sub pena perdendi dictum frumentum bladum legumina vel farinam et soldorum centum imperialium pro quolibet modio mediolanensi. Que pena proveniat ut supra. Et quod quilibet taliter emens vel acquirens ut supra vel qui de cetero emerent vel acquirent teneatur et debeat infra terciam diem a die emptionis vel acquisitionis computandum notificare et in scriptis dare potestati vel rectori civitatis aut potestati vel vicario illius terre in cuius territorio dicta talis emptio vel acquisitione fuerit totam illam quantitatem bladi leguminum vel farine empte vel acquisite ut supra cum die et mense ipsius emptionis seu acquisitionis et nomine venditoris. Et similiter teneatur in scriptis dare et

notificare ut supra quilibet qui in retro a duobus mensibus citra emisset vel acquisivisset ut supra infra terciam diem a die publicationis presentis decreti computandam, sub pena perdendi ipsum bladum legumina et farinam. Et quod dictus potestas vel vicarius cui predicta notificata fuerint teneatur ea describi facere in uno libro per notarium sui officij sub pena florenorum decem auri pro qualibet vice qua omisserit vel negligens fuerit in predictis.

Item quod nemo forensis cuiuscumque status et conditionis existat non habitans in territorio nostro audeat vel presumat emere mercari vel subarare aut quocumque titullo vel modo acquirire aliquam quantitatatem bladi leguminis vel farine taliter empti vel acquisiti ut supra qua pena applicetur ut supra et ultra standi in carceribus per annum unum.

Item quod nemo cuiuscumque conditionis existat audeat vel presumat frumentum bladum legumina seu farinam, quod et que esset oneratum in navi vel super plaustris bestijs vel alijs instrumentis emere vel quecumque titullo acquirire nec vendere nec vendi facere, nisi super platea communis illius nostre civitatis vel terre ad quam conduci debuerit, in pena et sub pena perdendi frumentum bladum legumina vel farina, et soldorum centum imperialium pro qualibet modio mediolanensi, que pena perveniat ut supra, salvo quod revendentes et alij soliti incampare bladum etiam in platea ante horam non possint emere nec emi facere aliquod bladum sub pena predicta, ut bone persone possint pro se et eorum familijs habere bladum et se fulcire blado.

Item quod nemo cuiuscumque conditionis presumat intra vel extra civitatem vel terram eius vel quocumque titullo acquirire de blado seu frumento quod per impositionem debet conduci seu portari intra civitatem vel terram, sub pena perdendi frumentum et bladum, et soldorum centum imperialium pro qualibet modio mediolanensi. Ymo

Offitium Victualium teneatur scribere sub quodam libro totum bladum hoc modo videlicet de quo loco bladum conductur et quantitatem et qualitatem ipsius bladi. Et ad domum cuius gubernetur cum confessione semper illius qui dictum bladum gubernare debi in domo sua. Quod quidem bladum impositionis vendi nec emi possit nisi transacto mense octobris sub pena amissionis illius bladi quod emeretur seu venderetur.

Item quod molendinarij existentes ad confinia territoriorum nostrorum teneatur et debeat infra mensem in manibus illius potestatis seu vicarij sub cuius jurisdictione erunt seu sunt molendina sua sive que tenent prestare securitatem de florenis quinquaginta pro quolibet molendinario existente ad confinia ut supra, quod non portabunt nec portari facient bladum aliquod extra districtum illius nostre civitatis seu terre in qua presens nostrum decretum fuerit publicatum, sub pena amissionis bladi et florenorum decem pro quolibet modio cuiusquidem pene due partes proveniant ut supra et etiam tercia pars ut supra.

Item quod quilibet possit accusare et denunciare quoslibet quicunque comittentes contra formam presentis nostri decreti. Et quod accusationes seu denuntiationes producantur coram potestate et referendario illius nostre civitatis vel terre, in qua vel cuius territorio aliquid comissum fuerit contra presens nostrum decretum, et creditur accusatori seu denunciatori cum eius sacramento, et uno teste fide digno. Quodque predicti potestas et referendarius possint super predictis et quilibet predictorum ac teneantur et debeant procedere sumarie et de plano sine strepitu et figura judicij et juris ordine non servato omniisque solemnitate omissa. Et poni facere possint ad torturam quoslibet inculpatos de predictis vel aliquo predictorum cum judicijs et sine judicijs, inspecta qualitate facti et conditione personarum et receptos culpabiles punire et condannare secundum forinam presentis nostri decreti.

Item quod presens nostrum decretum observetur aliquibus nostris decretis vel provisionibus in contrarium factis nequaquam obstantibus decernentes insuper et certa scientia et de nostre plenitidine potestatis presens nostrum decretum vires et effectum ac plenam roboris firmitatem obtinere et sortiri debere statim postquam fuerit publicatum ulla alia dilatione legali nullatenus exceptata.

Die septimo augusti millesimo suprascripto, Sabadinus de pergamo publicus ministralis comunitatis riperie prediecte publice et alta voce ac preconia voce divulgavit et publicavit decretum antedictum, in terra de salodo et in locis consuetis et publicis dicte terre.

Dom. Mediolani etc. Comes Virtutum || Nobili viro potestati nostro Imper. Vicarius generalis. riperie lacus garde.

Mittimus tibi presentibus inclusam quandam additiones per nos addita decreto nostro predicto per nos tibi transmesso, super inhibitione bladi et leguminis, volentes quod statim insam additionem dicto nostro decreto, in fine eiusdem nostri decreti addi et inseri facias pro ut jacet, nec non de ipsa proclamationes fieri oportunas, datum mediolani die ultimo jullij m.ccc.lxxxvi.

Comulus.

Ceterum declaramus et volumus quod non sit aliqua persona que audeat vel presumat de aliquibus terris vel territorijs nostris, extra territorium nostrum conducere vel portare, aut conduci vel portari facere bladum seu legumina alicuius manericy, nec etiam farinam, sub pena furcharum, quo facto ipsam penam incurrat.

Item quod quilibet de omnibus nostris terris et de earum territorijs possit conducere et conduci facere, ad civitatem nostram mediolani excepto de civitate nostra papie et ejus territorio et ad civitatem nostram papie excepto de ipsa civitate nostra mediolani et eius territorio bladum et legumina cuiuslibet manerici impune solutis tam datijs et pedacijs ordinatis, et servatis ordinimus nostris. Videlicet quod conducere volentes dicta blada vel legumina, ad ipsas nostras civitates mediolani vel papie teneantur et debeant accipere licenciam

ab illo officiali sub cuius jurisdictione dictum bladum vel legumina levabuntur qui officialis dictam licentiam facere eisdem teneatur absque solutione alicuius pecunie, et dictum bladum vel legumina conducere per stratas rectas cum dicta licencia, et ipsa consignare cum fuerit mediolani vel papie potestati vel illi officiali qui ad hoc deputatus erit, ac etiam ab ipso potestate vel officiale accipere litteras de consignatione dicti bladi vel leguminum que litere eisdem fiant absque alicuius pecunie solutione. Et quod presententur predicto officiali sub cuius jurisdictione, ut premittitur dictum bladum vel legumina levabuntur et qui dictam licentiam concesserit.

Additio facta edito super inhibitione bladum et leguminum. viii

Dom. mediolani et Comes Virtutum | Nobili viro potestati nostro
Imperialis Vicarius generalis | riperie lacus garde.

Est nostre intentionis et volumus quod continentiam capitulorum in cedula presentibus inclusa descriptorum observes et observari ac super hoc proclamationes opportunas fieri facias. In jurisdictione per nos tibi comissa. Sic quod ad notitiam omnium dicte tue jurisdictionis valeat pervenire, datum mediolani die xxiii augusti m.ccc lxxvi.

Comolus.

Primo quod in confinibus territorij illustris principis et magnifici domini domini nostri Galeas Vicecomittis comittis Virtutum mediolani et cet. Imperialis vicarius generalis et in terris cuiusdem territorij propinquis dictis confinibus per decem miliaria observentur in omnibus et per omnia decretum prelibati domini super inhibitione bladi nuper editum.

Item quod quilibet possit a dictis decem miliaribus, intra territorium prelibati illustris domini conducere blada et legumina ab omnibus terris et villis et adversus illas civitates et terras sub quarum jurisdictione sint dicte terre et ville per rectas vias et solutis datijs et pedagijs, ordinatis et servatis ordinibus in predicto decreto comprehensis, videlicet quod conducere volentes blada vel legumina ad

dictas civitates vel terras teneantur et debeant accipere buletam ab ilio officiali vel consuli sub quorum jurisdictione dicta biada vel legumina levabuntur et ipsa conducere per stratas rectas cum buleta predicta ac consignare cum fuerint in dictis civitatibus, vel terris potestati vel illi officiali qui ad hoc deputatus erit. Qui potestas vel officialis eisdem conductoribus literas faciat de consignatione predictorum bladorum et leguminum. Quequidem bulete et littere per dictos officiales et consules fiant absque alicujus pecunie solutione.

Item quod quilibet conducere possit per transeunsum de terra ad terram eiusdem districtus a dictis decem miliaribus, intra territorium prelibati illustris domini biada et legumina servatis ordinibus superscriptis.

Quod quilibet pretendens se jus aliquod habere in aliquibus bonis immobilibus que tenta sint et teneantur per cameram domini compareat ad pentendum infra tres menses coram commissarijs ad hoc eligendis. viiiii

Dom. mediolani comes virtutum | Nobili Viro capitaneo nostro
Imperialis Vicarius generalis | riperie lacus garde.

Volumus quod in jurisdictione per nos tibi coinissa publice facias proclamari et divulgari decretum nostrum, quod tibi mittimus presentibus introclusum. Sit quod ad omnium dicte tue jurisdictionis noticiam valeat pervenire, datum mediolani, die tertio septembbris m.ccc.lxxxvij.

Comolus.

Nos dominus mediolani et cet. comes Virtutum Imperialis Vicarius generalis. Tenore presentium ex certa scientia, et de nostre plenitude potestatis. Volumus edicimus decernimus et mandamus. Quod si est aliqua persona comune collegium vel universitas cuius status conditionis vel preheminentie existat, volens dicere et habere aut habens vel habere pretendens aliquod jus dominij vel quasi sine jus ypotece vel aliud jus quacumque nomine censeatur. In aut super aliis bonis vel rebus immobilibus que teneantur seu tenta sint per

cameram nostram seu nomine nostro seu per aliquam aliam personam habentem dictum jus vel causam a nobis aut camera nostra teneatur et debeat comparare ac compareat infra tres menses continuos proxime futur. a die publicationis presentis decreti in antea computandos, si presens fuerit, videlicet in territorio nostre dominationi supposito. Si vero absens fuerit extra nostrum territorium aut mulier vidua, pupillus minor viginti annis, vel alia persona, sub alterius cura existens, vel indigens curatore, tunc teneatur et debeat comparare aut compareat infra sex menses continuos, a die presentis decreti, in antea computandos, coram commissarijs nostris super restitutionibus deputatis seu deputandis et ibidem coram eis teneatur et debeat dare in scriptis jus quod habet vel habere pretendit. In aut super ipsis bonis vel rebus notum cuiilibet facientes quod si infra terminos predictos presentibus et absentibus, et alijs ut premititur nominatis prefixos, singula singulis reffерendo non comparverit, et in scriptis non dederit ut supra ipsi tali non comparenti, et in scriptis non danti ut preferitur, nulla de inceps audientia prebebitur. Et eidem perpetuum scilentium impouent, decernentes ex nunc prout ex tunc, ex certa scientia et de nostre plenitudine potestatis etiam absolute ipsis non comparentes, et in scriptis non dantes ut supra, nullum jus habere nec pretendere posse, in et super bonis et rebus predictis. Si vero aliqua persona comune collegium vel universitas, infra dictos terminos singula singulis congruc reffерendo comparverit et in scriptis dederit ut predictum est teneatur et debeat, talis comparens et in scriptis dans ut supra, ostendisse probasse et docuisse per omne genus probationum de omni suo jure, coram dictis commissarijs. Infra duos menses post dictos primos immediate sequentes et continuos, quo termino elapsa aliique probationes, quale suis fuerint nullatenus admittantur, nec admitti possint quovismodo ad ipsas tamen probationes audiendas, nec non ad totum processum proinde fiendum citari volumus et requiri officiales nostros vel eorum aliquem. Super nostris possessionibus deputatos qui jura nostra, et camere nostre legitime defendant et allegari faciant, prout fuerit opportunum. hoc enim decer-

nimus et pro lege ac decreto nostro intendimus inviolabiliter obser-
vari ne hujusmodi cause restitutionum in infinitum extendantur, et
ut jus suum unicuique tribuatur, in quorum et cet.

Die xxij septembris suprascripti, decretum prefatum divulgatum
et publicatum fuit in generali consilio comunitatis riperie predicte
dicta die facto in terra de Salodo etc.

*Quod ad absolutionem percussorum seu vulneratorum nec ad aliam con-
demnationem preterquam ultimum supplicij seu consensu domini pro-
cedi non possit.*

Dom. mediolani etc. comes virtutum Nobili viro capitaneo nostro riperie
Imperialis Vicarius generalis lacus garde present. et futuris.

Duorum nostrorum decretorum copias per quorum alterum man-
damus quod postquam aliqui percuse seu vulnerate persone ex per-
cussionibus seu vulneribus sunt defuncte ad absolutionem percusso-
rum seu vulneratorum, nec ad aliam preterquam ultimi supplicij con-
demnationem faciendam de eis procedi non possit per alterius....
quod remitti non possint condannationes sive pene debentes in ter-
rarum nostrarum communia pervenire sine nostri licentia speciali. Tibi
mittimus hijs inclusas volentes quod effectualiter ipsa nostra decreta
servans, eadem in volumine aliorum nostrorum decretorum et statu-
torum terrarum nostrarum jurisdictionis tue inseri facias registrari,
datum mediolani die ultimo jullij m.ccc.lxxxvi.

Jacobinus.

Nos dominus mediolani et cet. comes virtutum Imperialis Vica-
rius generalis. Cum per sepe contingat quod aliqui ulla vulnerant
seu percutiunt personas, et post dicta vulnera seu percussions dicte
vulnerate seu percusse persone decedunt nobisque intelligi datum sit
quod inferrentes hujusmodi vulnera seu percussions medicos plerum-
que aliasque personas in testes adducunt ex quibus probare sut agunt
ymo quemque probant quod que que ipse tales persone vulnerare vel

percusse ex ipsis vulneribus vel percussionibus migraverint, alia sunt quam causa predictorum vulnerum vel percussionum defuncte sic penam vitare debitam satagentes. Quam ob rem potestates et rectores nostri penas ultimi supplicij. Quibus percussores et Sanciatores predicti punendi ex inde venirent in condemnationes pecuniarias vel condemnationes alias sepe vertunt, ad hoc ut cuiuscumque secundum sua merita et demerita justicie debitum ministretur et ut similibus sub dolis et iniustis probationibus obvietur, ac ut delicta impunita non remaneant, nec multa ymo pena debita puniatur, Cupientes super hoc prout juri et justicie nostroque honori convenit providere presentium serie volumus Jubemus Statuimus et mandamus quod nullus potestas capitaneus vicarius rector, nec officialis alicuius nostre civitatis vel terre postquam vulnerate persone seu percusse decesserint possit nec debeat sub aliquo pretextu vel colore ad absolutionem percussorum seu vulneratorum nec ad ullam condemnationem peccuniariam vel aliam condemnationem preterquam ultimi supplicij de eis faciendam procedere donec super inde nobis noticiam fecerit et processum nobis in scriptis ordinate transmiserit, ac nos sibi nostrum intentum duxerimus declarandum, mandantes quibuscumque potestatibus capitaneis, vicarij rectoribus, et officiis nostris presentibus et futuris, quatenus sub pena indignationis nostre presens nostrum decretum inviolabiliter observantes, illud in volumine aliorum statutorum et decratorum nostrorum facient registrari in quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari nostrisque sigilli monire roborari, datum mediolani die ultimo jullij m.ccc lxxvi. Indictione nona.

*Quod condemnationes seu pene debentes pervenire in comunia
sine licentia domini remitti non valeant*

xi

Nos dominus mediolani et cet. Comes virtutum Imperialis vicarius generalis. Ut hui qui pro male actis et scelesti comissis condennati sunt eo maius argumentum assumant, et alijs prestant manus suas ab illicitis et enormibus retrahendi quo difficilorem in condemnationum remissionibus viam cernent harum serie volumus statuimus

decernibus et jubemus quod aliue condennationes seu pene que in communia terrarum nostrarum ex quacumque causa debeant pervenire absque nostri speciali mandato remitti non possint mandantes expresse quibuscumque potestatibus vicariis rectoribus, et officialibus nostris presentibus et futuris quatenus huiusmodi nostrum decretum inviolabiliter observantes illud in aliarum nostrorum decretorum volumine faciant registrari in quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari nostrisque sigilli munimine roborari. datum mediolani die ultimo Julij m.ccc.lxxxvj. nona Indictione.

*Ordo datus per dominum super debetu armorum
et de pena apposita illa portantibus*

xii

Nos dominus mediolani et cet. comes virtutum Imperialis Vicarius generalis. Quoniam ex delatione armorum plerumque facinoras prebetur occasio delinquendi hoc generali edito decernimus statuimus et volumus ac mandamus quod non sit aliqua persona cujuscumque status et conditionis existat que audeat vel presumat sub nostro dominio in aliqua parte territorij nobis suppositi Arma portare de die vel de nocte sub pena amittendi arma et solvendi florenorum decem auri, si de die arma portaverit. Si vero de nocte floren. viginti applicandis camere nostre et statum irremissibiliter exigendos, si incidens in penam predictam fuerit habilis ad solvendum ailioquin carceribus mancipetur, Ibique maneat carceratus per menses duos continuos si de die arma portaverit, si vero de nocte per menses quatuor continuos quibus elapsis relaxetur et non ante, Exceptamus tamen a predictis infrascriptos sub conditionibus inferius iimitatis.

Primo illos qui a nobis per litteras nostras licentiam habent vel habebunt arma ferendi.

Item officiales stipendiarios et familiares nostros eorumque officia- lium, et familiarium famulos comorantes cum eis in eadem familia ad unum panem et vinum. Item familiares reverendi patris domini archiepiscopi mediolani cum ipso archiepiscopo comorantes in eadem familia ad unum panem et vinum et similiter familiares episcoporum

aliarum civitatum nostrarum cum ipsi comorantes in eadem familia ut prefertur.

Item officiales datorum mediolani et comitatus necessarios ad dacia exercenda quos refferendarij nostri mediolani duxerint elligendos. Et quibus colaterales nostri mediolani licenciam concesserunt arma ferendi pro eorum officiis exercendis per eorum litteras vel buletinos eorum sigillis sigillatas et non aliter.

Item officiales datorum aliarum civitatum et terrarum nostrarum necessarios quos refferendarij una cum potestatibus ipsarum civitatum et terrarum, videlicet quilibet in jurisdictione sibi commissa duxerint elligendos. Et quibus ipse potestas licentiam concesserit arma ferendis per eius litteras et buletinos suo sigillo sigillatus et non aliter.

Item forenses et alienas ac viatores ab alijs partibus ad nostra territoria accedentes vel per ea transitum facientes. Quibus itenerando liceat arma portare. Seddum hospitati fuerint in aliqua civitate castro vel terra ipsa arma deponant. Salvo quod nobiles forenses et ambaxiatores forenses eorumque famuli postquam hospitati fuerint in dictis civitatibus castris vel terris nostris possint arma portare libere et impune.

Item mercatores vel cives civitatum nostrarum et tertijs terrarum nostrarum habentium merum et mixtum imperium. Quibus eundo ad vias suas de una terra ad aliam pro eorum mercemonijs liceat arma portare, videlicet spatam et cutellum tantum dummodo ipsa arma deponant statim cum applicuerint et hospitati fuerint in aliqua civitate castro vel terra ut supra.

Mandantes universis et singulis rectoribus et officiis nostris ad quos spectat quatenus sub pena indignationis nostre huiusmodi decretum faciant publice divulgari ac inviolabiliter observari et executioni mandari vigorose taliter quod transgressores huiusmodi nostri decreti nullatenus transeant impuniti nec non in voluminibus aliorum nostrorum decretorum ac statutorum et ordinamentorum civitatum et terrarum nostrarum inferi et describi. In quorum testimonium presentes

fieri jussimus et registrarri nostrisque sigilli munire roborari. Datum
mediolani primo aprilis m.ccc.lxxxvi.

*Additio facta decreto predicto, alias per dominum
super delatione armorum ordinato.*

xiii

Dom. mediolani et cet. comes | Nobilibus viris potestati et capit
Virtutum Imper. Vicarius gener. | nostris riperie lacus garde.

Quandam additionem per modum decreti quam facimus nostro
decreto super armorum delatione alias ordinato vobis initimus intro-
clusam, volentes quod ipsam additionem observantes sicut faciet fa-
ciatis eandem in aliorum decretorum nostrorum volumine, et post
dictum aliud nostrum decretum super portatione armorum edditum
registrarari, faciendo predictam additionem per totam jurisdictionem ve-
stram publice divulgari, datum mediolani die xxv augusti m.ccc.lxxxvi.

Jacobinus

Nos dominus mediolani et cet. virtutum Imperialis Vicarius ge-
neralis Recolentes in decreto nostro edito super armorum delatione
de mensis aprilis proxime preterito, insertum fore quedam capitulum
continentie sub sequentis vide'cet. Item mercatores, et cives civita-
tum nostrarum et terreros terrarum nostrarum habentium merum et
mixtum imperium quibus eundo ad vias suas de una terra ad aliam
pro eorum mercantijs vel negotijs liceat arma portare, videlicet spa-
tam et cultellum tantum, dummodo ipsa arma statim deponant cum
applicarent et hospitati suerint in aliqua civitate castro vel ut supra.
Circha cuius capituli intellectum per nonnullos audivimus dubitari,
precipue an campos prata paschua vineas vel remora, aut in eis agri-
culture causa vel alijs persistendo. Et licet sane intelligentibus ca-
pitulum predictum satis clare disponat in predictis, nichilominus hu-
iusmodi dubia clarius tollere cupientes. Edicimus decernimus et man-
damus quod personis illis et in casibus illis de quibus in dicto capi-
tulo sit intentio dum taxat et non in aliis nec alter ipsius capituli
vigore liceat arma portare prout in ipso capitulo continetur. Rusticis

vero et agricolis eundo ad campos prata paschua vineas vel nemora aut in eis aliqualiter persistendo non liceat arma ferre quoquomodo. Salvo quod instrumenta ferea apta illis operationibus quas facere voluerint eundo ut supra portare possint et non alia arma nec aliter concedentes insuper quibuscumque rectoribus et officialibus nostris merum et mixtum imperium habentibus eisdemque mandantes quantum si cognoverint aliquos in jurisdictione sibi comissa, qui reputentur homines male conditionis et fame et maxime rixosos vel solitas maleficia perpetrare possint et debeant ipsis talibus penitus inhibere ne arma ferre possint ullo modo etiam in casibus premissis ex forma dicti nostri decreti sub penis in ipso decreto contentis volentes et mandantes consulibus terrarum et villarum quatenus quoscumque habitatores terrarum et villarum quarum consules erunt arma ferentes contra formam dicti nostri decreti in terris vel villis vel earum territorijs in quibus consules erunt, teneantur, et debeant infra octavam diem denunciare et notificare potestati rectori seu officiali ad quem spectat seu spectabit cognito de predictis sub pena librarum decem terciolorum. Cuilibet consuli omittenti denunciare et notificare ut supra. Inhibentes quoque expresse quibuscumque potestatibus capitaneis vicarijs et officiis nostris, quatenus nullatenus audeant nec presumant, nec etiam possint alicui cuiusvis status et conditionis existat licentiam concedere arma ferendi contra formam dicti nostri decreti, nec super ipso aliqualiter dispensare. Et si que licence per officiales nostros predictos vel eorum aliquem cuiusvis concesse reperirentur ut super eas cassamus et totaliter annullamus. Et pro cassis et nullis haberi decernimus et mandamus. Preterea ex libertate unius data reliquus opprimi possit edicimus et jubemus quod si quis ex illis quibus vigore dicti nostri decreti permititur arma portare aliquem aggressus fuerit vel offenderit ex hiis quibus armorum delatio totaliter inhibetur. Ille talis non solum puniatur pena limitata in statutis civitatum et terrarum nostrarum ut hactenus quem cunctis licebat arma portare sed inspecta personarum conditione temporum et locorum ultra penam statuti veniat arbitrio potestatis vel rectores in cuius

jurisdictione tale quid comissum fuerit pena arbitraria puniendus, in quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari nostris que sigilli munimine roborari, datum mediolani die xxv augusti m.ccc.lxxxvi.

*De pena impetrantis privilegium aliquod papale
sive imperiale sine licentia domini.*

xiii

Dom. mediolani et cet. comes Nobili viro capitaneo nostro ri-
Virtutum Imper. Vicarius gener. perie lacus garde.

Mandamus tibi quatenus decretum presentibus introclusum. Quod nullus sit qui audeat velit nec presumat aliquod privilegium cuiusvis manericy existat sive papale sive imperiale quodlibet impetrare sine nostra licencia et cet. observando et observari pro statuto et lege municipali inviolabiliter faciendo illud publicari facias in locis publicis et consuetis tue jurisdictionis ac describi in volumine statutorum ri-
perie nostre lacus garde, ad perpetuam rei memoriam, datum me-
diolani die xxii septembbris m.ccc.lxxxvi.

Nos dominus mediolani et cet. comes virtutum imperialis vicarius generalis. Cum sepe contingat presertim importunitate potentium quod diversarum manerierum privilegia tam papalia quam imperialia con-
cedantur in preiudicium et grave damnum subditorum nostrorum. Et per que ipsi iniuste non sine magis eorum incomodis, et sumptuosis laboribus litigiosis judiciorum fractibus implicantur, pro inde volentes super hoc de salubri remedio providere, maxime ne ipsi subditi nostri virtute talium privilegiorum indebitate et iniuste suis re-
maneant bonis et iuribus spoliati seu per litigia ducti opprimantur ac vexentur ac indebitis frustrentur laboribus et expensis. Tenore pre-
sentium ex certa scientia et de nostre plenitudine potestatis presenti nostri lege et decreto statuimus sancimus decernimus et mandamus quod nulla persona habitans sub nostro dominio cuiusvis status gradus conditionis et dignitatis existat sive secularis sive ecclesiastica audeat vel presumat per se vel alium aut per rectum aut per indirectum ire

vel mittere ad impetrandum in quavis ex curijs domini pape, seu domini imperatoris, sive alicuius alterius magistratus aliquod privilegium cuiusvis manericy vel forme sine nostri speciali licencia vel mandato sub pena et in pena averis et persone nostro arbitrio iniungenda. Cuilibet contra hanc nostram intentionem et mentem ire quodlibet presumenti decernentes ex nunc prout ex tunc quicquid taliter obtentum et impetratum fuerit per aliquam personam cuiusvis status et conditionis ut preferetur existat non valere nec tenere, nec esse alicuius efficacie vel momenti, mandantes insuper quibuscumque rectoribus et officiis nostris ac iudicentibus, quatenus talia privilegia aliqualiter non admittant nec ipsarum vigore aliquid faciant vel exequantur. Ad requisitionem vel petitionem alicuius talis persone vel alterius quovismodo vel ingenio, sub pena superius memorata. Mandantes quoque quod quelibet persona sit que velit ad cuius manus pervenerit aliquod ex privilegijs antedictis. Illud statim teneatur et debeat consignare officiali nostro illius terre ubi fuerit et in qua tale privilegium ad manus eius contingit pervenire sub pena predicta.

*Quod a sententijs in causis criminalibus
latis nullus valeat appellare.*

xv

Dom. mediolani et. cet comes | Nobili viro capitaneo nostro
Virtutum Imper. Vicarius gener. | riperia lacus garde.

Mandamus tibi quatenus decretum nostrum hijs introscriptum, quod nullus a sententijs criminalibus latis valeat appellare pro lege et decreto nostro servando et servari de cetero faciendo facias in locis consuetis jurisdictionis tibi comisse, publice divulgari, et in volume aliorum nostrorum decretorum ad perpetuam rei memoriam inseri et describi, datum mediolani die xxi februarij m.ccc.lxxxvii.

Gasparinus.

Nos dominus mediolani et cet. comes virtutum Imperialis vicarius generalis. Cum propter appellations quas sepius a sententijs latis, in causis criminalibus interponi contingit delinquentium pene ca-

lumniosis machinationibus suspendatur et plurimum ledantur jura fisthalia presentium tenore de nostre plenitudine potestatis statuimus et mandamus quod a nulla scientia lata in criminali criminaliter mota possit per aliquem appellari aut appellatio aliqua, etiam ad nos quovismodo interponi, quam appellationem si fuerit interposita ex nunc decernimus irritam, et inanem volentes dictam sententiam ita per omnia executioni mandari ac si prelibata appellatio interposta non fuisset, aliquibus legibus statutis provisionibus vel decretis in contrarium latis non obstantibus, etiam si de eis fieri debuisset mentio specialis, in quorum testimonium.

*Quod comunia non graventur ad solutionem sindicatorum
qui sindicabunt officiales dom.*

xvi

Dom. mediolani et cet. comes Nobili viro capitaneo nostro
Virtutum Imper. Vicarius gener. riperie lacus garde.

Cupientes quanto plus possumus Comunia et subditos nostros ab expensis aleviare ordinavimus quod comunia et subditi nostri aliquatenus non graventur per sindicatores nostros occaxione sindicatum, per eos fiendorum de potestatibus capitaneis vicarijs et officiis nostris. Sed quod ipsi nostri sindicatores eorum provixiones a camera nostra habeant et percipient, a calendis mensis Junij proxime futuri in antea et de ipsis provisionibus contenti omnino remaneant. Et propter ea volumus et tibi mandamus, quatenus statim ordinem des cum effectu quod comunia et subditi nostri jurisdictionis per nos tibi comisse, occaxione sindicatum predictorum, vel prefertur fiendorum per sindicatores nostras expensam aliquam a dictis calendis mensis junij proxime futuri in antea nullatenus supporteant, decernentes et volentes quod de predictis quibuscumque officiis jurisdictionis predicte necessaria fieri, nec non ad perpetuam rei memoriam presentes inviolabiter observari, et in volumine statutorum dicte tue jurisdictionis describi facias et registrari, datum mediolani die xvii madij m.ccc.lxxxvii.

Francistholus.

*De modo ed ordine servandis in bonis homicidarum camere domini
publicandis et eorum creditoribus insolutum dandis.* xvii

Dom. mediolani et cet. comes | Nobili viro capitaneo nostro
Virtutum Imper. Vicarius gener. | riperie lacus garde.

Quoddam decretum per nos nuper editum per exemplum hijs tibi
mittimus inclusum mandantes tibi quatenus ipsius continentiam in
jurisdictione per nos tibi comissa publicari facias sic quod ad noti-
ciam personarum dictae tue jurisdictionis suppositorum pervenire pos-
sit. Et illud in volumine statutorum jurisdictionis predicta describi et
inseri pro lege deinceps inviolabiliter observandum, datum mediolani
die primo septembbris m.ccc.lxxxvii.

Francistholus.

Nos dominus mediolani et cet. Comes Virtutum Imperialis Vi-
carius generalis consideramus quod pene alie graves alie graviores ma-
leficijs per eorum qualitatibus imponuntur. Et hoc ad finem quod
audatia malorum quorum infinitus est numerus ab illicitis refrenen-
tur. Quare volentes quantum possumus obviare ne infrascripta ma-
leficia comittantur et providere, quod si comissa fuerint animadver-
sione debita puniantur. Tenore presentium edicimus decernimus et
mandamus quod quicumque comisserit homicidium assassinamentum
robriam, incendium, aut raptum virginum, mulierum, sive comitti fe-
cerit, et per contumaciam condennatus fuerit ad mortem ex aliquo
criminum predictorum bona ipsius nostre camere publicentur. Et ipso
jure publicata et incorporata a die comissi criminis intelligentur, jure
tamen legitime ascendentium et descendentium reservato, in quo nul-
lum intendimus ex presenti decreto nostro fieri preiudicium. Quo-
rum executionem ad obviandum fraudibus et extorsionibus olim per-
petratis, tam in nostre camere prefate, quam nostrorum non modi-
cum preiudicium subditorum fieri volumus, in hunc modum, videli-
cet. Quod potestas sive rector illius civitatis vel terre in cuius de-
fecto fuerit crimen comissum teneatur et debeat postquam noticia co-

missi ad ipsum pervenerit, infra duos dies mittere colateralem suum sive notarium maleficiorum. Si notarius forensis ibi fuerit ad maleficia deputatum, ad describendi bona illius qui inculpabitur de crimen predicto. Cum quo collateralis sive notario forensi teneatur Referendarius vel eius locumtenens illius civitatis vel loci, Si ibi tunc fuerit notarium suum mittere. Qui collateralis seu notarius forensis et notarius reffendarius in presentia consulis sive anciani, et duorum bonorum hominum sive parocchie ubi bona dicti inculpati esse contingent, si fuerit in civitate, vel si fuerit in villa vel castro in presentia consullis sive anciani, et duorum bonorum hominum illius ville vel castri, ubi fuerint bona predicta debeant quilibet per se scribere et notare omnia bona mobilia et immobilia inculpati predicti et ea consignare Ancianis sive consulibus et bonis viris prelibatis. Et hoc ubi bona illa sint in jurisdictione illa, in qua crimen comissum sit, Si vero fuerint in alia jurisdictione, tunc debeat dictas potestas sive rector infra dictos duos dies scribere potestati sive rectori et referendario jurisdictionis predicte, ut faciant predictam descriptionem, quammodo supra dicto infra alios duos proximos dies ad faciendum mittere teneantur. Quam descriptionem idem potestas vel referendarius et rector mittere debeant, infra octo dies postquam facta fuerit, mediolanum officialibus possessionum nostrarum, Teneatur autem et debeat dictus potestatis sive rector post condennationem per contumaciam factam de aliquo comuni predictorum, si bona fuerint in jurisdictione sibi commissa infra duos dies facere proclamari, tam per civitatem vel terram in locis publicis consuetis quam extra in locis ubi dicta bona esse contingent. Quod quilibet qui pretendat se creditorem talis condennati, teneatur infra unum mensem a die cride facte comparire, coram dicto potestate vel rectore et in scriptis producere omne et totum id quod habere pretendit a dicto condannato, et in ejus bonis, Et hoc si fuit intra jurisdictionem illius civitatis vel terre in qua condennatio facta fuerit. Si vero fuerit extra jurisdictionem predictam in terris domini nostri, tunc statuatur sibi terminus trium mensum ad comparendum ut supra. Si autem fuerit ex-

tra terras dominij nostri predicti, tunc prefigatur spacium sex mensium ad comparitionem predictam. Quem terminum sex mensium locum habere decernimus etiam in pupillis furiosis et viduis ac mulieribus pretendentibus jura dotalia. Quibus terminis elapsis singula singulis reffерendo nulla admittatur productio jurum contra bona talis ut premittitur condennati. Si autem bona predicta fuerint extra jurisdictionem predicti potestatis vel rectoris, tunc teneatur et debeat infra duos dies predictos scribere potestati sive rectori illius loci in quo fuerint bona condennati predicti. Quod fieri faciat cridam predictam sicut superius continetur. Et ille potestas sive rector cui mandatum fuerint infra alios dies duos eandem cridam fieri facere teneatur. Si autem comparire contingat quem producentem aliqua jura in bonis condennati predicti coram dicto potestate vel rectore volumus predictum reffерendarium interesse omnibus productionibus jurum prefatorum et advocatos habere pro camera nostra predicta qui diligenter jura ipsius camere defendant, ne fraus aliqua committatur. Et si apparuerit quemque per calumpniam manifestam aliquid indebet petere in bonis condennati predicti volumus ipsum in quatruplicem eius quod peteret condennari. Volumus insuper quod potestas sive rector predictus teneatur et debeat examinasse et expedivisse infra duos menses hijs quos renerit jus habere in bonis predictis vel veros esse credidores condennati predicti integre satisfacisse in et de bonis ipsius condennati, Que bona si insolutum dari contingat Volumus extimari per extimators illius civitatis vel loci in quo fuerit potestas vel rector predictus adiunctis eiusdem extimatoribus duobus bonis viris per dictos potestatem et reffерendarium elligenjis. Qui delato eis sacramento jurent se fidcliter extimare. Et quod reffерendarius antedictus sit et esse debeat presens extimationi que fiet et fieri contingat per dictos extimators habendo tam bonam et diligentem advertentiam quod in facto extimationis huiusmodi nulla frans valeat quoquonodo committi factis autem satisfactionibus et insolutum dationibus predictis teneatur dicti potestas sive rector et reffерendarius notificare officialibus possessionum predictarum omnia illa que fuerint restituta

vel insoluto data de bonis supra descriptis ut residuum ponatur ad rationem camere predicte. Sed et si comparente infra terminum dicte cride, aut comparente sine legitimis juribus contra bona predicta nichil fuerit restitutum aut insoluto datum prefati potestas sive rector et reffendarius notificare debeant officialibus prenomiuatis, quod de dictis bonis descriptis nulla fuerint relaxata. Post quam notificationes et non ante volumus prefatos officiales facere describi in libris camere nostre prefate bona illa que penes ipsam cameram remanserint publicata. Si autem potestas sive rector et reffendarius predicti omnia et singula supradicta facere et executioni mandare neglexerant quemlibet eorum in salario unius mensis nostre camere applicando presenti decreto, nullatenus. In quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari nostrisque sigilli munimine roborari, datum mediolanii die primo septembri m.ccc.lxxxvii. xi Indictione.

Die xxiii. eiusdem mensis septembri presentatum fuit decretum prefatum cum litteris predictis domino Antonio de rasiagnano capitaneo riperie memorate eaque die cius mandato in salodo publicatum fuit per Sabadinum de pergamino ministrali ipsius riperie.

De furiosis et mentecaptis carceribus mancipandis,

aut parentibus custodiendis tradendis. xviii

Dom. mediolanii et cet. comes Nobili viro capitaneo nostro ri-Virtutum Imperialis Vicarius gener. perie lacus garde.

Mandamus tibi quatenus si sint aliqui furiosi et mentecapti in jurisdictione per nos tibi comissa ipsos capi facias, quos aut tradas fratribus parentibus vel agnatis suis, si quos habent custodiendos. Si eis placet, taliter quod non possint inferre alicui nocumentum, aut eos facias jurisdictionis tue predicte carceribus mancipari hoc tamen adiecto, quo non est nostre intentionis quod huiusmodi furiosi et mentecapti teneantur aliquid solvere, aut quod solvant, nec alquis

alius pro eis custodibus carcerum predictorum, pro introitu mora vel exitu eorundem, datum mediolani, die primo marciij m.ccc.lxxxviii.

Francistholus.

Aliud decretum editum contra mentecaptos. xviii

Dom. mediolani et cet. Comes | Nobili viro capitaneo nostro
Virtutum Imper. Vicarius gener. | riperie lacus garde.

Quoddam decretum per nos nuper editum pro mentecaptis restrin-
gendas ne subditos nostros ledere nec offendere possint et cet. hijs
tibi mittimus inclusum per exemplum, mandantes tibi, quatenus eius
continentiam, in jurisdictione per nos tibi comissa publicari facias et
divulgari. Sic quod ad noticiam personarum dicte jurisdictionis per-
venire valeat, et ipsum in volumine statutorum jurisdictionis predicte
describi pro lege deinceps observandum, datum mediolani die quarto
maiij m.ccc.lxxxviii.

Francistholus.

Nos dominus mediolani et cet. comes virtutum imperialis vicarius
generalis Aborentes mirum in modum temerarios actus amentium,
qui ut frequenter percipimus cum querela concitati furijs subditos
nostros non nunquam . . . nunc istum nunc prout furor arma
ministrat, afficientes varijs incomodis iniurijs et ferutis. Et catenus
providere volentes quem ad modum alias ordinavimus et prout nostri
est honoris et debiti quod huiusmodi mentecapti, non possint ad pre-
dictorum nostrorum offensas et damna manus suas violentas exten-
dere hoc nostro decreto edicimus decernimus et mandamus quatenus
per potestates et vicarios civitatum et terrarum nostrarum, fiat dili-
gens inquisitio si in jurisdictione eis comissa sint aliqui furiosi insan-
ti et mentecapti. Et si sint vel fuerint eorum scriptis nominibus inter-
pellari faciant parentes ipsorum fratres consanguineos vel agnatos seu
quos proximiores habebunt, si velint ipsos insensatos custodire et
tenere inclusos an ne. Et ubi velint mandent eisdem quod tam dil-
ligenter hoc faciant quod ledere aut offendere nullum possint in casu

vero in quo non vel sint talis conditionis ipsi furiosi quod nemine habeant. Ad quem ipsorum custodia vel cura pertineat, Volumus quod faciant eos carceribus mancipari iniungentes illis ad quos spectat quod de debitis alimentis eisdem debeant providere. Si vero ipsi mentecapti non haberent bona propria seu parentes fratres cognatos vel agnatos ad quos spectaret provisio alimentorum mentecaptorum ipsorum faciant eisdem de elimosinis provideri sicut alijs personis pauperibus carceratis. Ceterum quia hoc pluries mandasse recolimus quod nusquam observatum esse comperimus notificamus ipsis potestatibus et vicarijs quod quocumque senserimus in dicta eorum jurisdictione tales insanos discurere et quemquam damnis vel offensis aut iniurijs lace-scere condennabimus et ex nunc prout ex tunc ipsorum condannamus in florenis centum nostre camere aplicandis. Et hec totiens quotiens contrafactum fuerit in predictis. In quorum testimoniis presentes fieri iussimus et registrari nostrique sigilli muninane roborari, datum mediolani, die quarto madij m.ccc.lxxxviii. Indictione undecima.

*Quod nullus potestas possit preesse regimini alicuius terre
in qua habeat ascendentes et descendentes.*

xx

Dom. mediolani etc. Comes | Nobili Viro Capit. nostro riperie
Virtutum Imper. Vicarius gener. | lacus garde et Sapientibus ibidem.

Decretum per nos nuper conditum ne potestates et officiales nostris in dicto decreto specificati ire possint in officijs nostris et cert. Mittimus vobis presentibus involutum, mandamus vobis, quatenus decreatum ipsum publice divulgari faciatis ac in volumine statutorum Jurisdictionis per nos vobis comisse registrari et inferi pro lege deinceps observandum. Resribentes nobis, de receptione presentium per harum latorem, datum mediolani die primo maij m.ccc.lxxxviii.

Francistholus

Nos dominus mediolani et cert. Comes Virtutum Imperialis Vicarius generalis. Amputare volentes ululatus et jurgiorum pululaciones que infestinis querimonijs nobis plerumque fuerint per subditos

nostros. Aserentes potestates civitatum et terrarum nostrarum habere in civitatibus et terris ipsis, quarum regimini presunt agnatos, cognatos vel affines, Quamobrem odio vel amore parentibus predictis intervenientibus a tramite justicie deviant, quodquidem eo displicibilius tolleramus, quo desiderabilius cupimus, subditos nostros sub equalitate justicie gubernari, prece, precio, odio, et amore remotis, Eatenus presentium tenore volumus et decernimus. Quod nullus de cetero possit, preesse regimini alicuius ipsarum civitatum et terrarum nostrarum habentium merum, et mixtum imperium, in qua habeat ascendentes vel descendentes in quovis gradu, similiter transversales seu collaterales agnationis vel cognitionis usque ad quartum gradum inclusive, secundum jura civilia computandum etiam sacerorum Sororem filiosque eorum maritum sororis uxoris fratres quoque vel sororis uxoris. Et hoc idem intelligimus de vicario judice maleficiarum assessoris et collateralibus ipsius potestatis, in quorum testimoniis presentes fieri jussimus et registrari nostrique sigilli munimine roborari, datum mediolani die primo maij m ccc.lxxxviii. xi. Indictione.

*Quod officiales qui steterint in officijs sive sunt a domino nostro
usque ad lapsum anni officia obtinere.*

xxi

Dom. mediolani etc. comes	Nob. viro capitaneo nostro
Virtutum Imper. Vicarius gener.	riperie lacus garde.

Copiam cuiusdam decreti per nos editi quod officiales qui steterint in nostris officijs ab uno anno citra, et presentialiter sunt non possint usque ad lapsum alterius anni, a nobis officia obtinere et cet. mittimus tibi presentibus inclusis mandantes tibi quatenus ipsius continentiam in jurisdictione per nos tibi comissa publicari facias. Sic quod ad noticiam personarum dicte jurisdictionis valeat pervenire et ipsum in volumine statutorum jurisdictionis predicte describi et inseri pro lege deinceps observandam, datum mediolani die xii maij m.ccc.lxxxiii.

Francistholus.

Nos dominus mediolani et cet. Comes Virtutum Imperialis Vicarius generalis Quia dictum maior sit concursus personarum a nobis officia exposcentium et non possimus omnibus de ipsis officijs compiacere, Tenore presentium ad hoc ut alijs qui officia non habuerunt alternatum sicut cupimus queamus de eisdem providere, Volumus et decernimus quod illi qui ab uno anno citra steterunt in officijs nostris et presentialiter sunt non possint usque ad lapsum alterius anni a nobis officia obtinere. Capitaneos tamen civitatum Refferendarios officiales buletarum, et officiales banci Stipendariorum in hoc ordine nemine computamus in quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari nostrique sigilli munimine roborari, datum mediolani die xii maij m.ccc.lxxxiii. xi Indictione.

Millesimo suprascripto die primo mensis Junii presentata fuerunt suprascripta tria decreta cum suprascriptis tribus litteris domino lodixio de crivellis capitaneo riperie memorate.

Quod nullus officialis licentiam obtineat se absentandi ab officio suo ultra dies xx in anno sub pena perdendi salaryum pro tempore sue absentie ultra dictum terminum.

xxii

Dom. mediolani et cet. Comes Nobili viro capitaneo ac sapient. Virtutum Imper. Vicarius gener. nostre terre riperie lacus garde.

Ferentes molestum quod potestates Vicarij et officiales civitatum et terrarum nostrarum ab officijs sibi comissis ultra debitum stent absentes cum incomoditate subditorum nostrorum condidimus ordinem et decretum tenoris presentibus inclusi quod volumus habere locum tam in personam tui (sic) capitanei quam aliorum officialium riperie nostre lacus garde, tam presentium quam futurorum. Et ut nemo possit de ipso ignorantiam pretendere volumus, Ut ipsum decretum ad eternam rei memoriam faciatis inseri et describi in volumine statutorum riperie nostre predicte deinceps pro lege observandum, datum mediolani die xx maij m.ccc.lxxxviii.

Luchotus.

Nos dominus mediolani et cet. Comes Virtutum Imperialis Vicarius generalis, Quoniam officiales et vicarij civitatum et terrarum nostrarum plerumque licencias ultra debitum postulant absentandi se ab officijs sibi comissis nec sine comoditate subditorum nostrorum Tenore presentis nostri decreti statuimus decernimus ordinamus et volumus ac mandamus. Et sic inviolabiliter observari precipimus et jubemus. Quod si de cetero aliqui ex potestatibus vicarijs et officiabilibus nostris ipsam licentiam obtinebunt ultra spacium viginti dierum in anno ab inde super pro illis diebus quibus absentes fuerint suum salarium non recipient quin ymo applicetur ipsum suum salarium pro tempore sue absentie ultra dictos viginti dies in anno dum taxat camere notre. Datum Mediolani die xx maij m.ccc.lxxxviii.

Die quinto mensis junij millesimo supiascripto presentatum fuit subscriptum decretum cum litteris suprascriptis prefato domino capitaneo riperie lacus garde.

De baylia concessa inquisitoribus heretice pravitatis, et de modo ei forma per eas servandis contra hereticos fautores et defensores eorundem. xxiii

Domin. mediolani et cet. comes Nobili viro capitaneo nostro Virtutum Imper. Vicarius gener. | riperie lacus garde.

Formam baylie quam secundum canones habent inquisitores heretice pravitatis, cum modo servando per dictos inquisitores in inquisitionibus suis juxta consilium egregij utriusque juris doctoris domini Johannis de castilione mittimus tibi presente inclusam iniungentes tibi quatenus ad perpetuam rei memoriam facias ipsam formam in volumine statutorum jurisdictionis per nos tibi comisse registrari et describi sicut facet ad litteram. Volumus quoque quod si contingat inquisitores antedictos velle processus aliquos facere contra inculpatos de heresi in jurisdictione predicta. Et cognoveris inquisitores ipsos servare vel servasse formam predictam que ut prefertur est secundum sacros canones limitata eisdem prestes brachium seculare sicut fuerit expediens et duxerint requirendum Aliter vero non datum mediolani quarto junij m.ccc.lxxxviii.

Francitsholus.

Quia plerumque inquisitores heretice pravitatis metas sibi a jure traditas extendunt ideo breviter perstringam totam bayliam et potestatem eis a canonibus concessam et modum et ordinem quem in procedendo possunt vel tenentur servare taugam postea que eis sunt inter dicta et a quibus jubenter debere abstinere, ut per hec apparant eis concessa et etiam prohibita Circa primum igitur sciendum est quod officium Inquisitionis heretice pravitatis propter favorem fidei est multum privilegiatum tam per canones quam per privilegia apostolica que non sunt in canonibus descripta, nam primo ipsi inquisitores procedere possunt contra ereticos fautores et deffensores ipsorum summarie simpliciter et de plano absque advocatorum et judiciorum strepitu et figura et si videat quod propter potentiam ipsorum hereticorum vel aliam justam causam posset imminere periculum accusantibus ipsos hereticos, vel testificantibus contra ipsos possent celare nomina ipsorum accusatorum et testimoni, dummodo coram episcopo diocesano et aliquibus peritis secreto exprimantur ipsa nomina, et etiam totius processus secundum tenorem. C. ultimi. de heresi libro VI. possunt etiam precipere sub pena excommunicationis ipsis presentis ut predicta celare debeant, Ut hec omnia probant in C. ultimo. de heresi libro VI. possunt etiam sine episcopo citare quoscumque habent suspectos de heresi et ipsos capere et arestare, et in carceribus ponere causa custodie, et in vinculis seu compedibus et manicis fereis ponere. Si eis visum fuerit expedire ut hec probantur in clementina §. de heresi possunt etiam si sunt plures inquisitores in una provincia vel civitate quilibet eorum in solidum procedere contra hereticos credentes receptatores at fautores eorum nec non contra informatos et suspectos de heresi. ut C. ut officium de heresi libro VI. possunt etiam compescere per censuram ecclesiasticam predicatores questuosos ab officio predicandi, in locis ubi deberet fieri congregatio pro negotio fidei vel pro officio inquisitionis vel ubi aliter posset aliquod impedimentum eis inferri ut in dicto. C. ut officium. §. compescendi possunt etiam invocare auxilium brachij secularis, contra ipsos hereticos credentes fautores receptatores et deffen-

sores ipsorum, Et si aliqui nolent dare eis auxilium possent tales excommunicare non obstantibus aliquibus privilegijs concessis etiam a sede apostolica aliquibus personis civitatibus universitatibus vel quibuscumque alijs. Tenentur etiam omnes potestates capitanei rectores consules vel alij domini presidentes alicui regimini vel civitati vel terre ad requisitionem ipsorum inquisitorum jurare attendere et in violabiliter observare ac facere a suis subditis observari, in omnibus terris sue jurisdictionis subiectis omnes constitutiones promulgatas, contra hereticos credentes receptatores fautores et deffensores eorumque filios et nepotes a sede apostolica approbatas, Etiam si aliquis noluerit hec jurare vel predictas constitutiones servare, Tanquam fautor hereticorum et fidei suspectus, potest privari omni honore officio dignitate et regimine nec unquam debebit admitti ad aliquod officium rectoriam regiminem vel dignitatem ut hec omnia probantur in dicto capitulo. ut officium. §. pe. et. ultimo, habent quoque potestatem committendi, citationes, et denunciationes sententiarum excommunicationum vel aliarum quas tullerint in aliquos hereticos credentes receptantes fautores et deffensores eorum possunt etiam advocare quoscumque peritos ut eis, asistant et sibi tribuant in ferendis sententijs et alijs consilium et auxilium opportunum possunt etiam convocare clerum et populum civitatum castrorum et aliorum locorum prout negotio fidei viderint expedire, possunt etiam procedere contra illos qui comisserunt crimen heresis in provincia ubi sunt deputati inquisidores licet taliter delinquentes se transtulerint ad aliam provinciam, possunt quoque facere sibi assignari libros in quibus continentur processus facti per aliquos auctoritate sedis apostolice vel legatorum eius contra hereticos, ut predicta probantur in C. ut comisi. de. heresi libro VI. Item si esset aliquod statutum in aliqua civitate villa vel castro pro quod directe vel indirecte impediretur, ne ipsi inquisidores libere procedere possint in ipso negotio inquisitionis nullius esset momenti, Et dominus Rector vel consul per quem vel quos regitur ipsa civitas villa vel castrum, tenentur ad requisitionem ipsorum inquisitorum ipsum statutum eis exhibere ut ex toto revocetur, vel saltem

taliter moderetur quod negotium inquisitionis, nullatenus impediatur. Et ad id compelli possunt per censuram ecclesiasticam ut hec omnia probantur in C. statutorum de heresi. lib. VI. Tenentur etiam universi domini temporales seu rectores civitatum vel aliarum terrarum, quibuscumque nominibus censeantur intendere et parere ipsis inquisitoribus in captione investigatione, ac custodia diligentibus ipsorum habere, fautorum receptatorum et defensorum eorundem, Cum fuerint requisiti ab ipsis inquisitoribus, Tenentur etiam condempnatos de heresi relictos pro ipsis inquisitores ipsis rectoribus secularibus debita pena punire non obstantibus proclamationibus et appellationibus ipsorum condannatorum Ipsi tamen seculares potestates nullo modo possent cognoscere vel judicare de isto crimine heresis. Cum sit more ... ecclesiasticum de quo non cognoscit nisi judex ecclesiasticus nec etiam possunt hereticos ipsis a carceribus aliquodo modo liberare sine licencia inquisitorum vel saltem episcoporum. Et si quis ex ipsis dominis temporalibus potestatibus vel rectoribus supradictis executionem sibi iniunctam ab inquisitoribus non impleverit juxta posse prout ad suum spectat officium vel processum seu sententiam ipsius inquisitionis impedire presumpserit vel dederit. Consilium auxilium vel favorem in predictis excommunicatus est ipso jure. Et hec omnia probantur in capitulo ut inquisitus de heresi lib. vi possunt etiam prefati inquisitores per censuram ecclesiasticam et etiam per captionem personarum vel alias penas punire sacerdotes et alios clericos qui negotium inquisitionis impediunt in istruendo citatos hereticos vel credentes. Super celanda veritate vel dicenda falsitate vel alias eos indebet liberando ut probatur in C. accusationis. §. p. de. heresi libr. VI. possunt etiam certis casibus admittere testes etiam per juros ad testificandum in hoc crimine heresis illorum quibus ab ipsis inquisitoribus erant in previa iniunctum, vel aliquid solverent pro eo quod hereticos defendebant vel eis favebant ad satisfaciendum de eis de quibus ipsi defuncti satisfacere debeant, ut dicto. capitulo. Accusationis. §. si. ver. possunt etiam admittere ad testificandum contra hereticos fautores credentes et defensores excommunicatos, et socios

criminis ut in C. in fidey. de heresis libro VI. possunt etiam require presidente regimini alicuius provincie civitatis vel alterius loci ut dent sibi auxilium contra hereticos, et quod justiam et officium suum exequantur contra dictos hereticos. Etiam si dicti presidentes essent excommunicati vel presiderent de facto tantum et non de jure nec propterea ipsi inquisidores requirentes tales presidentes excommunicatos vel intrusos aliquam excommunicationem incurunt, ut in C. president. de heresi. libr. VI. possunt etiam concedere. XL. dies indulgentie illis qui accedunt ad suam convocationem causa dandi sibi auxilium, ut patet in eorum bulatis privilegijs, possunt etiam per censuram ecclesiasticam compellere potestates capitaneos et ceteros consules et quoscumque officiales seculares ut in suis capitularibus faciant inseri et conscribi quasdam constitutiones contra hereticos proulgatas per Innocentium quartum et modificatas per Alexandri clementiam et eas faciant a suis subditis observari ut patet in eorum privilegijs hec omnia possunt exercere prefati inquisidores per canones corpore juris clausos. Et nulla alia potestas a jure scripto eis conceditur que non possint reduci ad ea que supra sunt scripta verum tamen ultra promissa sunt sibi concessa multa alia per privilegia apostolica. Et quasdam constitutiones extravagantes, tam federici imperatoris approbatas per ecclesiam quam romanorum pontificum que non sunt inserta in corpore juris, sed quia illa sunt multum diffusa et prolixa, ideo omisi ea inferere in presenti tractatu sequitur videre que sunt eis interdicta et a quibus abstinere debent. Et equidem prefati inquisidores intromittere se non debent de divinotoribus vel sortilegijs nisi heresum saperent manifeste nec punire debent talia committentes sed ea relinquem punienda debent episcopis et alijs prelatis ordinarijs saperent autem supradicta heresi si in predictis divinotoribus tales divinantes vel sortilegij effunderent nefandis preces circha aras ydolorum vel offerent sacrificia ipsis demonibus vel ipsos demones consulerent. Et eorum responsa expectarent vel predicta facerent cum corpore vel sanguine domini vel rebaptizarent puerum ut possint habere responsum vel hijs familia non possunt etiam se intromittere

de questionibus usurarum et contra illos quibus in precia iniunxerunt pro crimine heresis restitutionem ipsarum usurarum etiam si tales ad restitutionem ipsarum usurarum se obligassent ecclesie: ymo talia reliqua sunt episcopis ut hec leguntur et notantur in capitulo accat. §. sane. cum sequenti. de heresi. libr. VI. non possunt etiam inquire de hereticis contra episcopos vel eorum superiores, nec contra ipsos ullatenus procedere ut in c.º Inquisitionis. libro. VI. non possunt etiam hereticos credentes fautores et receptatores et defensores eorum vel eorum filios vel nepotes privare vel privatos nunciare dignitatibus beneficijs officijs honoribus et alijs consimilibus sive consilio Episcoporum diocesanorum vel eis absentibus vicariorum suorum. nisi ipsi episcopi scienter contulissent ipsa beneficia talibus hereticis ut in. c. ut comissi. §. privandi. et §. sequenti. de heresi. libr. VI. Et si ipsi inquisitores processerint contra unum hereticum, et etiam episcopus contra eundem processerit de eodem crimen heresij divisim tenentur postea comunicare processum cum episcopo antequam sententia feratur super crimen ut in C. per hoc. de heresi. libro. VI. Item non possunt ipsi inquisitores sive episcopo vel ejus vicario tradere aliquem hereticum duro carceri qui magis sit ad penam quam ad custodiam, nec etiam aliquem ponere ad tormenta nec contra aliquem procedere ad sententiam diffinitivam super crimen heresis sive episcopo vel vicario eius vel capituli sede vacante. ut in clementina. multorum de heresi. Et si ex odio amore gratia vel comodo vel alia pravitate omiserint procedere contra hereticos credentes fautores receptatores vel defensores ubi procedendum est vel contra justiciam eadem pravitate processerint contra aliquem tamquam contra hereticum fautorem defensorem vel receptatorem ubi non est procedendum vel imposuerint indebito alicui quod turbet eorum officium sunt excommunicati ipso jure ut in dicto. C. multorum. ante. s. Item si presummant ab aliquo extorquere pecuniam indebito vel bona alicujus ecclesie applicare phischo ecclesie propter delictum clericorum ipsius ecclesie sunt excommunicati ipso jure. Ut in clementina nolentes de hereticis. Inhibetur etiam ipsi inquisitoribus ne abutantur concessione portationis armo-

rum, ne habeant officiales nisi necessarios in officio, Et tales qui se conferrent ad sua officia exequenda cum ipsis inquisitoribus, ut in dicto capitulo. nolentes. in fine. hec omnia a jure sunt interdicta ipsis inquisitoribus.

De pena imposta capientibus pipiones vel columbos. xxviii

Dom. mediolani et cet. comes | Nobili viro capitaneo nostro
Virtutum Imper. Vicarius gener. | riperie lacus garde.

Ut capientes pipiones fraudolenter quod nobis valde exosum est causam habeant ab ipsorum captione se abstinendi Condidimus decretum introclusi tenoris mandantes tibi quatenus illud per quilibet consueta loca jurisdictionis tue supposita facias publicari, sic quod ad notitiam quorumlibet valeat pervenire deinde ipsum in volumine statutorum jurisdictionis predicte registrari pro lege decetero inviolabiliter observandum rescribentes nobis de receptione presentium, datum mediolani die xxvii. Junij m.ccc.lxxxviii.

Francistholus.

Nos dominus mediolani et cet. Comes Virtutum Imperialis vicarius generalis. Ad multiplices querimonias tollendum que nobis dictum per nobiles et plurimos alias subditos nostros habentes columbaria exhibentur quod eo. Quod nonnulli columbos in grave damnum et dispendium ipsorum nobilium et subditorum nostrorum ceperunt et cotidie capere mituntur pro eorum indennitate providere volentes de opportuno remedio, et talia comittentes debita pena puniri, ut de cetero ab huiusmodi columborum captione materiam habeant se penitus abstinendi. Tenore presentium decernimus edicimus volumus et mandamus, quatenus in territorio nostro non sit aliqua persona, cuiusvis status gradus preheminentie vel conditionis existat que audeat vel presumat capere pipiones ad recia duarum alarum sive alia recia laqueos grates vel ingenia aliqua fraudolenta quovismodo sub pena florrenorum vigintiquinque auri pro quolibet pario. pipionum et qualibet vice solvendum infra dies decem a die condennationis fiende proxime

sequentes, quas si non solverit pena predicta solvatur et solvi debeat per quatuor ex proximioribus communibus illi loco in quo captio columborum ipsorum seu pipionum facta fuerit. Et quod dicta comunia occaxione predicte pene habeant actionem recuperandi denarios taliter exbursatos realiter et personaliter contra reum. Et quilibet possit accusare et credatur suo sacramento si habuerit columbarium. Et si non habuerit columbarium cum uno teste fide digno vel cum sacramento si fuerit publica vox et fama, et habeat terciam partem pecunie predicte. Alia tercia pars perveniat ad cameram nostram. Et alia in illum cui damnum fuerit illatum. Item quod reus teneatur restituere damnum passo juxta eius sacramentum. Et si non habuerit ad solvendum comunia proximiora predicta ad emendam teneantur ut supra. Et habeant erga reum ipsum illam actionem realem et personalem, que supradicta est de pena florenorum **xxv** auri. Item quod nullus teneat recia duorum alarum neque recia que compertoria appellantur in eorum nec aliorum domibus nisi prestiterit primo bonam et idoneam securitatem in manibus potestatis vel rectoris in cuius jurisdictione morabitur de non capiendo pipiones seu columbos ut supra sub pena florenorum vigintiquinque auri. Et quilibet possit accusare, et credatur sibi cum sacramento et uno teste fide digno, vel cum sacramento si fuerit publica vox et fama vel si reperta fuerint recia predicta. Et habeat medietatem dicte condemnationis. Et alia medietas perveniat camere nostre. In quam penam cadant et cecidisse intelligentur omnes et singuli quibus recia predicta erunt. Et qui securitatem ipsam non prestiterint. Item quod comunia proximiora teneantur denunciare ipsos tenentes dicta recia illi potestati vicario vel officiali sub cuius jurisdictione erit habens recia ipsa, sub pena florenorum vigintiquinque auri applicandorum camere nostre. Et quod potestates vicarij vel officiales, in hoc habeant bonam advertentiam taliter quod si ipsi potestas vicarij vel officiales recia ipsa reperierint habeant medietatem dicte condemnationis solvende per illos qui securitatem non prestiterint ut prefertur decernentes quod omnes alie pene per statuta seu decreta imposite pro predictis in quibus maxime pena sanguinis in-

geratur per hoc presens decretum nostrum inter dicantur et sint sublate in quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari nostrique sigilli munimine roborari, datum mediolani die **xxvii. junij m.ccc.lxxxviii. xi Indictione.**

Die ultima dicti mensis presentatum fuit prefatum decretum cum litteris antedictis domino capitaneo riperie predicte. Et ea die publicatum et publicate fuere in Salodo per Sabadinum de pergamo publicum ministralem ejusdem riperie.

Debetus quod nequis presumat ire vel mittere ad impetrandum ab aliquo principe vel barone gratias vel exemptiones alias. **xxv**

Dom. mediolani et cet. comes | Nobili viro capitaneo nostro
Virtutum Imper. Vicarius gener. | riperie lacus garde.

Mittimus tibi quoddam decretum presentibus inclusum quod numer condi fecimus prohibens ne quis presumat ire vel mittere, ad impetrandum ab aliquo principe vel barone gratias vel exemptiones per quas derogetur jurisdictionibus nostris et cet. volentes quod illud observando et observari faciendo, facias in locis consuetis jurisdictionis tue illud idem publice divulgari. Et in voluminibus aliorum nostrorum decretorum et statutorum comunitatis nostre riperie lacus garde, ad perpetuam rei memoriam inferi et describi, datum mediolani **xxiiii septembri m.ccc.lxxxviii.**

Nos dominus mediolani et cet. Comes Virtutum Imperialis Vicarius generalis, Cum ex atributa nobis potestate et Imperiali auctoritate qua fungimur in partibus lombardie ad nos spectat, de universo territorio nobis comisso in dicta provincia, duce deo, genere bonam curam et disponere de personis bonis et rebus in eo existentibus, secundum quod ad bonum statum et conservationem eorum omnium nobis visum fuerit salubrius pertinere. Et non numquam per subditos ipsi nostro dominio impetratum ire contingat sive a principibus sive a baronibus sive a dominis cuiusvis status preheminentie jurisdictionis et dignitatis existat unius vel plurium sive ex officiis, sive ab aliqua comunitate nobis supposita immunitates et privilegia que no-

stris vel alicuius civitatis, et terre suppositorum nobis sive singulare-
rium personarum infra metas et terminos territorij nostre gubernationi comissi de gentium habent juribus et jurisdictionibus derogare.
Quod quidem nobis displicet et est grave idcirco volentes ad predictis obviandum de salubri et opportuno remedio. Sicut nostra interest providere Tenore presentium edicimus decernimus et manda-
mus quod non sit aliqua persona cuiusvis status sexus gradus prehe-
minentie seu dignitatis existat, que audeat vel presumat per se vel
per alium aut per rectum sive per indirectum ire vel mittere ad im-
petrandum ab aliquo principe vel barone seu domino cuiusvis status
preheminentie jurisdictionis et dignitatis sit ut premittitur. Sub ali-
quo officio vel a quavis communitate universitas comuni aut collegio
gratias exemptiones immunitates mera et mixta imperia vel alia pri-
vilegia cuius manerici sint per que comiter vel divisim vel alio quo-
vis modo diei vel excogitari possit derogetur juribus et jurisdictioni-
bus nostri vel alicuius civitatis et terre seu singularium personarum
unius vel plurium infra metas et terminos territorij nostre gubernationi comissi de gentium subiectarum nostre dominationi ut prefere-
tur, sine nostra conscientia et speciali mandato sub pena et in pena
averis et persone arbitrio nostro infligenda. Cuilibet contra hanc no-
stram intentionem venire quolibet presumenti. Decementes ex nunc
prout tunc quicquid de predictis obtentum fuerit et taliter impetratum non valere nec tenere nec esse alicuius efficacie vel momenti.
Sed prosum esse irritum vacuum et inane mandamus insuper quibus-
cumque rectoribus et ufficialibus nostris ac iudicentibus, Quatenus
tales gratias exemptiones Immunitates mera et mixta imperia vel a-
lia privilegia aliqualiter non admittant nec ipsorum vigore aliquid
exequantur. Ad requisitionem vel petitionem talis persone vel alte-
rius cuiusvis status gradus preheminentie seu dignitatis existant
sub pena superius memorata iniungentes ipsis ufficialibus nostris re-
ctoribus et jurisdictionibus antedictis quatenus si contingat huiusmodi
gratias exemptiones immunitates mera et mixta imperia vel alia pri-
vilegia impetrata tempore prime inhibitionis nostre super hoc alias

facte Anno m.ccc.lxxxvi. die xxii. septembris Indictione v. ad eorum et cuiuslibet eorum manus decetero pervenire ipsas gratias immunitates mera et mixta imperia nobis debeat presentare et tenorem ipsius inhibitionis per omnia inviolabiliter et integraliter observare et facere observari sub pena nostro arbitrio afferenda decernentes quoque quod si a die suprascripti primi dati nostri decreti citra esset contra huiusmodi intentionem nostram aliquid gestum vel factum seu quolibet atemptatum illud totaliter revocetur in quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari nostrique sigilli munimine roborari, datum mediolani die xx primo septembr. m.ccc.lxxxviii. xii Indictione.

Die xx mensis octubris millesimo suprascripto Branchinus cure-
rius prefati Illustrissimi nostri domini presentavit litteras memoratas,
Cum tenore suprascripti decreti in eis introclusi domino Antonio
xptianis vicario domini capitanei supradicti, Et ea die per Sabatinum
de pergam publicum ministralem comunitatis memorate publicate
fuerunt dicte littere cum dicto decreto in terra de salodo.

*De pena imposta furantibus canes et de modo et ordine
servandis in conducendo eos.*

xxvi

Dom. mediolani et cet. Comes	Egregio militi dom. capitaneo
Virtutum Imper. Vicarius gener.	nostro riperie lacus garde.

Cum aliquando et sepe contingat de nostris canibus deperi vel abduci et forsam ex ipsis aliquos furari per nonnullos, Cupientesque huic errori pro nostro contentamento quantum plus possumus obviare. Volumus quod per totam jurisdictionem per nos vobis commissam statum publice proclamari et divulgari faciatis. Quod non sit aliqua persona cuiusvis status et conditionis existat que audeat vel presumat furari seu furari facere, nec alio modo accipere nec accipi facere aliquem canem cuiusmodi sit alicuius persone sub pena florenorum trenta pro quolibet cane. Cujus pene tercia pars perveniat ad cameram nostram et numeretur texaurario caciarum nostrarum, altera pars in accusatorem et quilibet possit accusare. Et reliqua tercia

pars in illum potestatem vel officialem coram quo porrecta fuerit talis accusa. Et qui executionem fecerit dictae condennationis. Qui quidem accusator nec potestas seu officiales de dicta parte seu partibus in eos pervenire debentibus nullam remissionem neque gratiam facere possint nec debeant sine nostri licentia speciali. Et quilibet in cuius domo vel apud quem inventus fuerit talis canis intelligatur ipsum furatum fuisse, et incidat dictam penam ni presentaverit illum qui dictum canem sibi dederit ad dictam penam persolvendam sufficientem et ydoneam. Et hoc de canibus alienis. Sed si fuerit noster talis canis furatus vel acceptus et ut premititur, repertus pena sit arbitrio nostro inflingenda et accusatori dari faciemus florenorum trenta de camera nostra pro quolibet cane, Item quod non sit aliqua persona ut supra que modo aliquo extra territorium nostrum neque per ipsum territorium nostrum de una civitate seu de una jurisdictione ad aliam audeat vel presumat conducere seu conduci facere aliquem canem nisi modo et ordine infrascriptis, videlicet, quod quilibet conducens seu conduci facere volens ut prefertur aliquem canem seu canes. Quod primo coram officiale buletarum civitatis in qua erit seu coram rectore loci de cuius fuerit jurisdictione. Si sit extra civitatem fidem facere teneatur quod ipse talis canis seu canes suis vel sui sunt. Et tunc officialis buletarum ipsius civitatis seu rector loci, Coram quo talis fides facta fuerit buletam de conducta canis seu canum, facere debeat. In qua quidem buleta meutio fiat de pillo et manerie canis seu canum, et aliter nec alio modo nullus canis extra nec per territoria nostra ut supra, conduci possit. Et si contingat aliquem seu aliquos huic nostro ordini contrafacere reperiri statum compellantur per presidentes et officiales nostros per quos defectus repertus fuerit, seu coram quibus accusati fuerint prestare securitatem de solvendo condennationem ad arbitrium nostrum. Et canis seu canes sine tali buleta reperti retineantur penes officialem et officialis scribat nobis nomen et conditionem conductentis cum pillo et manerie canis seu canum. Item quotiens aliquem seu aliquos nostrum territorium intrare contingat cum aliquo cane seu canibus quod ipse

tales presententur officiis buletarum ipsarum civitatum per quas transitum facere contingat, si non habent litteras passus. Et si litteras passus habent littere presententur et officialis buletarum postulet et requirat diligenter si quos habent canes et eos si habent seu eum sibi faciat presentari et dictus officialis bulettam facere debeat de cane seu de canibus quem seu quos secum ducerent et de manerie et pilo eorum. Et aliter nullus conduci possit neque debeat absque dicta tali buleta, per neque extra territorium nostrum per huiusmodi intrantes et exeuntes dicta territoria nostra non intendentes propterea quod per hunc ordinem et mandatum nostrum impedianter aliqui ambaxiatores nec familiares. Regum et dominorum inferius descriptorum quin ymo et reddire cum canibus suis libere et expedite permittantur. Si vero fuerint ambaxiatores et familiares aliorum dominorum quem infra descriptorum, tunc canes tantum quos contra hunc ordinem nostrum ducerent retineantur, et notifficentur nobis de ipsis canibus et manerie et pillo eorum et de conducedentibus, sed ipsi itinerantes libere et sine aliqua molestia propter hoc inferenda transire permittantur illi cum ambaxiatores et familiares dominorum infrascriptorum quos volumus ab hoc ordine nostro penitus exceptari sunt his, videlicet Sanctissimi domini pape. Serenissimi domini regis Romanorum. Serenissimi domini regis francorum. Illustrum et magnificorum dominorum domini ducis Bituricum. domini ducis Andegan. dom. ducis borgondie. Domini ducis Turonie. domini ducis borbonie. domini comitis de lanzeno, domini comitis sancti pauli, domini comitis de scamper. et domini comitis de do et domini comitis sabaudie et domini comitis Austrie et domini Marchionis ferarie; et domini Mantue. Mandantes vobis, quatenus de hujusmodi intentione nostra avisetis omnes et singulos officiales buletarum nec non rectores et presidentes ac portuarios portarumque contestabiles et alios quoscumque ad passus et ad transversus residentes, in dicta vobis comissa jurisdictione, Ad hoc ut unicuique notum fiat quid sit fiendum facientes presentes litteras nostras per nostro decreto observando de cetero registrari. Et de earum receptione nos per vestras litteras ceteros red-

datis, In quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari nostrique sigilli munimine roborari, datum mediolani quarto januarij m.ccc.lxxxviiiij.

Francistholus.

Die sexto mensis februarij presentate fuerunt prefate littere domino Tadeo de pepulis potestati dicte riperie, et ea die proclamatum fuit in salodo per Sabadinum ministralem prout in eis continetur.

Additio facta decreto suprascript. de canibus xxvii

Dom. mediolani et cet. comes | Egregio militi dom. potestati no-
Virtutum Imper. Vicarius gener. | stro riperie lacus garde.

Quia comprehendimus quod in facto ordinis nostri de canibus ordinati in ea parte de securitatibus prestandis aliqua occurunt inconvenientia. Id circho ad ea tollenda in secundo capitulo dicti nostri ordini et decreti de conductentibus per et extra territoria nostra canes absque butelis ordinatis compellantur prestare securitatem, de solvendo omnem condennationem, quam facere voluerimus, volumus quod addatur vel de se presentando coram ipso officiali nostro qui butelam exiget a conductente canem seu canes, datum mediolani viij. februarij m.ccc.lxxxviiiij.

Francistholus

Die xvij dicti mensis februarij presentate fuerunt hec littere infra scripto domino potestati.

De ordine dato et servando per conductentes blada xxviii

Dom. mediolani et cet. comes | Egregio militi dom. capitaneo
Virtutum Imper. Vicarius gener. | nostro riperie lacus garde

Volumus vobisque capresse mandamus, quatenus ordinem nostrum presentibus interclusum cum diligentia et solitudine sicut faciet taliter observetis quod in eo fraus aliqua preter ipsius seriem minime comitte valeat, datum mediolani die xii. februarij m.ccc.lxxxviiiij.

Francistholus.

Habentes licentiam conducendi biada per flumina padi et olij, teneantur dimittere eorum liciencias capitaneo galeonorum qui in pado et in bucha olij moram trahit. Qui capitaneus teneatur et debeat rescribere potestati illius civitatis terre vel loci ubi dictum bladum conducitur. Sicut licentiam quam ipsi habebant de conducendo dictum bladum penes se retinuit, unde eum tanta talisque quantitas illuc conducatur, potestas vel officialis illius civitatis terre vel loci ubi conduci debuerit, rescribat potestati rectori vel officiali illius civitatis terre vel loci unde tale bladum fuerit levatum quantitatem bladi ut premittitur consignatum. Et per quem et similiter habentes licentiam conducendi per terram teneantur dimittere liciencias ipsas sine buletas ad ultimum locum jurisdictionis cuiuslibet capitanei devet (sic) qui similiter buletam sibi faciat alia penes se retenta, Et capitanei per quorum jurisdictiones transibunt ac potestates et rectores civitatum et locorum in quibus conducentur vice reciprocha per litteras se claras reddant, de consignatione bladorum predictorum in ipsis jurisdictionibus suis et in civitate terra vel loco ubi vigore dictarum licenciarum et buletarum conduci debuerit. Sed adhibetur talis advertentia per quemlibet officiale nostrorum ad quos spectat quod omnia blada que extrahi debeant de territorijs nostris et quocumque conduci ad civitates nostras verone et vincenzie conducantur solum per territoria nostra et non per territoria aliena.

Item quod quilibet habens licenciam seu buletam conducendi blada Veronam et Vincenciam det et prestet securitates ydoneas coram potestate vel officiale illius loci de quo blada levabit de non conducendo ipsa biada nisi solomodo ad illa loca de quibus licenciam seu buletam habuerit et de reportando illi potestati seu officiali a qua licenciam seu bulletam habuerit litteram potestatis seu officialis illius loci in quo dicta biada consignari debebunt, sicut blada ipsa ibi fuerint consignata.

Item quod omnes dicte licencie seu bulete concedende per quoscumque officiales vel eorum notarios libere concedantur. Salvo jure datorum qui incantaverunt datia tracte biadi.

Die sexto mensis marci millesimo antedicto, presentate fuerunt supra registrate proxime littere cum ordine suprascripto, memorato domino potestati riperie et de eis facta fuit crida per Sabadinum ministram.

De pontibus et stratis magistris annuatim reaptandis xxviii

Dom. mediolani et cet. comes | Egregio militi capitaneo nec non
Virtutum Imper. Vicarius gener. | Sap. com. nostre rip. lacus garde

Discrimen quod propter inordinatos pontes et magistras vias de-
structos et ineptas itinerautibus tam equestribus quam pedestribus mi-
nistratur, quantum possumus tollere cupientes volumus, et vobis e-
xprese mandamus quatenus omnes et singulos pontes magistrarum
stratarum ipsasque stratas magistras et passus quoslibet earum sup-
positos, et suppositas jurisdictioni per nos vobis comisse. Cum eva-
cuatione et purificatione ac relevamento fossatorum quorum causa
strate ipse suete manent faciatis bene et diligenter reaptari, et in
bono ordine poni Equitantes vosmet personaliter ad videndum quod
ipse reparations bone et diligenter fiant vel saltem ad hoc exequen-
dum mittentes personas discretas solitas vel vobis fidas, taliter quod
hinc ad medium mensis maij proxime futuri sint in bono ordine et
diligenti reaptatione constitute per illos ad quos spectabit et rationa-
biliter pertinebit. Et sit quolibet anno manuteneantur usque eo quod
causam habeamus hanc materiam iteratibus vicibus anno quolibet re-
plicandi sub pena vobis capitaneo salarij unius mensis amissionis et
vobis sapientibus floren. decem pro quolibet vestrum applicando ca-
mere nostre nam ad dictum terminum destinabimus personas distri-
ctos et intelligentes ad visitandum si huiusmodi mandata nostra fue-
ritis executi, et ab ipsis relatione habita super hoc si ipsi pontes et
strate reperti fuerint non bene et diligenter ordinati et ordinate im-
putabimus tantum vobis rescribentes nobis de receptione presentium
per litteras vestras et ordinem quem in premissis duxeritis apponen-
dum. datum mediolani xxii. martij m.ccc.lxxxviii.

Millesimo suprascripto die xi. aprilis presentate fuerunt dicte littere antedicto domino potestati riperie et cet. Et de eis facta fuit crida per Sabadinum ministralem.

*Quod banniti domini marchionis estensis et domini mantue bone conditionis
et fame stare possint super territorio domini nostri.* xxx

Dom. mediolani et cet. Comes I Egregio militi dom. capitaneo
Virtutum Imper. Vicarius gener. | nostro riperie lacus garde

Per quoddam nostrum decretum pridie inter cetera mandasse re-colleimus, quod nulla persona comune collegium vel universitas eciam cujusque dignitatus status seu condictionis existeret dominio nostro suppositum vel supposita auderet vel presumeret scienter tenere vel receptare in aliqua parte castro villa et terra nostro dominio suppositis aliquem seu aliquos bannitum seu bannitos, nec etiam famosos agressores stratarum Illustris filij nostri carissimi domini marchionis estensis seu nostros, sine nostra licencia et cet. Et quia inteleximus quod in aliquibus civitatibus terris et locis dominatui (sic) nostro subiectis multe familie bone conditionis forensite territorij prefati domini marchionis, que vigore predicti nostri decreti dubitant non posse tute stare in territorio nostro predicto. Et ex hoc videntur velle descedere, et alio se transferre inde est quod cum nostre intentionis non fuerit nec sit quod huiusmodi nostrum decretum ad tales personas et familias se extendat nec etiam fuerit nec sic intentionis prefati domini marchionis. Cum quo ad removendam omnem dubietatem de passu isto, nos claros fecimus sicut credidimus expedire declaramus vobis et per presentes nostras litteras facimus manifestum quod non fuit nec est nostre intentionis ut premititur quod banniti prefati marchionis. Si qui sunt et morentur in jurisdictione per nos vobis comissa bone conditionis et fame, et quos certum sit non committere offensas ad stratas de territorio nostro predicto recedere compellantur quin ymo volumus quod ibi stare et habitare possint et valent tute libere et impune quantum est occaxione dicti nostri decreti quod talibus personis et familijs obstare nolumus quoquomodo,

Ulterius nostre intentionis est quod banniti terrarum magnifici filij nostri domini mantuanii in civitatibus terris et territorijs nostris tractentur eo modo quo produximus de banniti prefati domini marchionis, mandantes vobis quatenus de hac intentione nostra fieri facias debitas et expedientes proclamationes in locis solitis et opportunis. Sit quod de ipsa tales banniti et forensite persone noticiam habeant ut obtamus. Et pro inde causam non habeant ad alienas partes, quod moleste portamus se transferre. de harum autem nostrarum litterarum receptiones volumus quod per latorem presentium nos reddatis cerciores tantocius, datum mediolani die sexto aprilis m.ccc.lxxxviii.

Francistholus.

Die xi. dicti measis presentate fuerunt dicte littere prefato domino capitaneo, et ea die proclamatae fuerunt in Salodo per Sabadignum ministralem.

*Quod nullus forensis possit nec permittatur esse de numero
Ancianorum sapientum vel depulatorum.*

xxxi

Dom. mediolani et cet. Comes | Egregio militi dom. capitaneo
Virtutum Imper. Vicarius gener. | nostro riperie lacus garde.

Nostre intentionis non est quod aliquis alienigena vel forensis habitans, vel habitaturus imposterum in civitatibus terris et opidis nostri dominij cuius principalis origo vel predecessorum suorum fuerit ab aliunde, quam de territorio dominio nostro presentialiter subiecto, etiam si in nostris civitatibus et terris ab annis sexaginta citra fuisse ad civitatem admissi possit seu permittatur esse de numero ancianorum sapientum deputatorum seu presidentium negotijs illius civitatis terre vel opidi vel loci cuius incolta fuerit, nec exercere vel habere officium aliquod quod spectare habeat vel aliqualiter corcernere negotia alicuius nostris communis, nec etiam in ipso officio se intromittere quoquomodo. Et propterea vobis mandamus quatenus huiusmodi intentionem nostram publicari et divulgari publice facias in omnibus locis jurisdictionis per nos vobis comisse in quibus proclama-

tiones fieri solent. Et has litteras nostras registrari in volumine statutorum dicte vestre jurisdictionis pro lege de cetero inviolabiliter observandas. datum mediolani xi. aprilis m.ccc.lxxxviii.

Francistholus.

*De pena imposta frosantibus salem eisdem dantibus
consilium vel favorem.*

xxxii

Dom. mediolani et cet. Comes | Egregio militi dom. capitaneo
Virtutum Imper. Vicarius gener. | nostro riperie lacus garde.

Decretum per nos noviter editum contra frosantes salem in nostro dominio mittimus vobis per copiam presentibus involutam volentes quod per importunas proclamationes inde fiendas, in locis consuetis et debitibus illud divulgari et publicari facias (sic), in jurisdictione vobis comissa. Sic quod ad cuiuslibet noticiam valeat pervenire et nemo de eo causam habeat pretendere ignorantie faciatisque illud registrari in volumine statutorum comunitatis nostre riperie lacus garde, ac cum omni efficacia serveri et servari faciatis prout jacet ad litteram, de cuius presentatione certos reddatis per litteras vestras magistros intratarum nostrarum et reffendarios curie nostre, datum mediolani die xxviii. aprilis m.ccc.lxxxviii.

Johannes.

Nos dominus mediolani et cet. Comes Virtutum Imperialis Vicarius generalis ut precludatur et tollatur via et materia frosatoribus frosandi salem in terris et territorijs nostro dominio suppositis quod a deo nobis est molestum quod pro tanta re molestius sentire non possemus presens nostrum duximus statuere decretum quod in nostro universalis dominio volumus cum effectu debere per quemlibet observari. Primo quod non sit aliqua persona alicuius status gradus conditionis dignitatis seu preheminentie que audeat vel presumat portare nec portari facere conducere nec conduci facere nec portantibus seu conducentibus prebere auxilium consilium vel favorem per terram nec per aquam salem alicuius manericy de extra territorium no-

strum, In ad vel per ipsum nostrum territorium sine nostri licentia que facta sit et concessa per nos a calendis mensis presentis citra et a modo inantea. Et hoc sub pena amissione bestiarum et instrumentorum, cum quibus aut super quibus portaretur seu conduceretur dictus sal. Et ultra florenorum decem pro qualibet stario mediolanensi dicti salis et pro qualibet contrasaciens et qualibet vice qua contrafactum fuerit. Et ictum seu tractorum decem curli, Cuius quidem pene ac salis bestiarum et instrumentorum cum quibus aut super quibus ut prefertur portaretur seu conduceretur dictus sal medietas sic et perveniat camere nostre, et alia medietas in accusatores vel denunciatores seu inventores, hoc addito et declarato quod si ipsi tales accusatores seu denunciatores vel inventores caperent et consignarent aliquem seu aliquos ex predictis portantibus et conducentibus dictum salem coram officiis nostris ad quos spectat quod tunc et eo casu dicti consignantes habeant et habere debeant predictas bestias atque salem et instrumenta iam dicta totaliter et absque aliqua portione de eis fienda camere nostre. Sed teneantur et debeant ipsi tales consignatores dare et presentare ipsum salem Guelmo de blasono seu petro de verona officialibus super sale nostro vel officiis aut nuntiis eorundem a quibus ipsi consignatores recipient et habebunt de et pro sale ipso debitam et convenientem solutionem, Item quod nullus navarolus sive molinarius nec alia persona cuiusvis status gradus seu condictionis existat audeat vel presumat transire padum nec alia flumina sub aliqua sua vel non sua navi aliquam personam portantem seu conducentem aliquam salis frosati quantitates de die nec de nocte sub penis contentis et specificatis in suprascripto capitulo et applicandis et proveniendis ut in proximo precedenti capitulo laicus continetur. Item quod nullus hospes Tabernarius nec alia persona cuiusvis status dignitatis seu preheminentie existat audeat vel presumat recipere receptare nec gubernare de die nec de nocte in aliqua sua domo habitatione casina vel loco aliquam quantitatem salis frosati sub pena amittendi ipsam domum habitationem casinam seu locum in qua seu quo receptus seu receptatus vel gubernatus esse

reperiretur dictus sal et ultra bona omnia existentia in ipsa tali domo habitatione casina seu loco. Et si dicta domus habitatio casina vel locus non esset dicti recipientis seu receptantis seu gubernantis amittendi bona tantum in ea tali domo habitatione casina vel loco existentia et ultra solvendi pro pena florenos decem pro quolibet stario dicti salis et habendi ulterius ictus seu tractus decem curli. Cuiusquidem pene ac salis medietas applicetur camere nostre supra dicte et alia medietas sit et perveniat in accusatores seu denunciatores, Item quod nullus datarius vel non datarius nec aliqua alia persona cuiusvis status gradus seu conditionis existat aut vel presumat emere nec emi facere, nec etiam acquirere quovis titulo seu colore de sale predicto sub pena florenorum decem auri pro quolibet stario dicti salis et ultra amissionis dicti salis. Cuius pene ac salis medietas applicetur, prefate camere nostre, et alia medietas in accusatores seu denunciatores. Et si casus continget quod ipse talis emptor sit persona que non sit sufficiens et habilis ad solvendum predictam penam quod tunc et eo casu si fuerit etatis prefacte dentur ei et absque aliqua remissione tractus decem curli. Item quod si repiretur quod aliquis ex potestatibus vicarijs capitaneis seu officiis nostris consentirent et prebereut palam vel occulte ad predicta comitenda et perpetranda auxilium consilium vel favorem alicui portanti vel conductenti de predicto sale quod eo facto amittant universa bona que habent et bona ipsa applicentur camere nostre antedictae. Et si ipse talis officialis privatus et exclusus perpetualiter ab omnibus officiis nostris. Executiones autem contentorum in capitulo, iufrascriptis fieri volumus ac possint et debeant pro capitaneos nostros deveti contra illos tantum quos ipsi capitanei et deputati cum eis reperiretur infraganti crimen quilibet in jurisdictione sibi commissa et aliter et alio modo quam contra repertos infraganti crimen ut prefertur pro ipsis capitaneos et cum eis deputatos fiant per potestates vicarios et rectores nostrorum civitatum et terrarum illarum in quorum jurisdictionibus reperti fuerint delinquentes. Et predictis capitulo et cointentis in eis in aliquo contrafacientes. Si et inquantum habeant ipsi pote-

states vicarij et rectores nostri merum et mixtum imperium, si vero non haberent merum et mixtum imperium fiant per potestatem illius civitatis in cuius districtu reperti fuerint tales delinquentes. Et fiant porriganter ac prosequantur coram eisdem denuncie et accuse, que occaxione contentorum in capitulis suprascriptis fieri contingent, Super quibus procedatur sumarie et de plano sine strepitu et figura judicij in quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari nostrique sigilli munimine roborari, datum mediolanii die xxiii aprilis m.ccc.lxxxviii.

Die prima mensis mai millesimo suprascripto presentatum fuit prefatum decretum cum litteris suprascriptis domino capitaneo riperie antedicto, et ea die publice divulgatum et publicatum fuit in Saldolo per Sabadinum ministram.

*Additio facta decreto suprascripto de frosantibus
et conducentibus salem.*

xxxiii

Dom. mediolani et cet. Comes | Egregio militi dom. capitaneo
Virtutum Imper. Vicarius gener. | nostro riperie lacus garde.

Ad evidentiam notificamus vobis fuisse et esse intentionis nostre quod omnes condennationes quas feceritis decetero per vos sive successores vestros fient vigore et occaxione sive pro observatione nostri novi decreti editi contra frosatores seu conducentes salem in seu per territorium nostrum, contra ordines nostras sive formam ipsius nostri decreti infra quintam diem postquam facte fuerint, seriatim et distincte mitti debeant in scriptis Bartolameo rubeo, et Jacobino porro, rationationibus et offitialiibus nostris ad hoc deputatis in mediolano. Quodque denarij provenientes ex ipsis condennationibus seu ab incantibus, vel alijs dependentibus exinde infra quintam decimam diem a die dictarum condennationum sive incantuum fiendorum computandam exigi debeant. Et pro patte nobis spectante mitti ad inviadum ac inviari Bresano de ozeno texaurario nostro. Quare volumus et mandamus vobis, quatenus huiusmodi nostram intentionem et lit-

teras observantes eas penes dictum decretum nostrum facias registrari,
datum mediolani die octavo junij m.ccc.lxxxviii.

Johannes.

Die xvi. dicti mensis presentate fuerunt hec littere prefato domino
capitano.

*De pena imposita potestatibus grossum accipientibus a baroarijs suis
sive solutiones eorum stipendijs pro eis* xxxiiii

Dom. mediolani et cet. Comes || Egregio militi dom. capitaneo
Virtutum Imper. Vicarius gener. || nostro riperie lacus garde.

Quoddam decretum contra baratarias et extorsiones que per ba-
roarios potestatum et rectorum civitatum et terrarum nostrarum, quod
summe nobis displicet committuntur, nuper per nos edditum per e-
xemplum mittimus vobis presentibus involutum mandantes vobis qua-
tenus ipsius continentiam, in jurisdictione per nos vobis comissa pu-
blicari faci.s. Sic quod ad noticiam personarum dicte vestre jurisdi-
ctionis suppositorum pervenire possit. Et illud in volumine statuto-
rum dicte jurisdictionis describi et inseri pro lege deinceps inviola-
biliter observandum, datum mediolani tercio maji m.ccc.lxxxviii.

Francistholus.

Non dominus mediolani et cet. comes virtutum Imperialis Vica-
rius generalis atediati lamentationibus nonnullorum pro baratariis et
extortionibus que per Baroarios potestatum et rectorum civitatum et
terrarum nostrarum quod summe nobis displicet committuntur. Di-
sponimus quanto plus possumus huiusmodi inconvenientijs obviare
et propterea presentium tenore edicimus et mandamus quod potesta-
tes rectores et officiales nostri nullo modo grossum accipiant a Ba-
roarijs sui seu famulis pro pignerationibus per eos fiendis secundum
quod sentimus hactenus fore acceptum, ed ad presens accipi. Sed
quot ipsi baroarij et famuli teneantur et debeant pignerationes et e-
xecutiones quascumque facere pro precijs ex taxationibus limitatis et

ordinatis per statuta civitatum et terrarum in quibus erunt. Sub pena unius floreni pro quolibet grosso potestati seu rectori qui illum accipit et baorario seu famulo qui illum dederit, standi uno mense in carceribus, nisi sponte confessus fuerit contrafecisse. Et eo casu nullam penam debeat substinere. Quin ymo si ipsa vel si alter accusaverit habeat medietatem dicte pene solvende pro potestatem, et alia medietas perveniat ad cameram nostram non intendentes quod aliquibus baroarijs potestatum nostrorum solutiones sui stipendij fiant per ipsos potestates neque ipsi ullo modo presumant recipere stipendia dictorum suorum baroariorum. Sed quod per se et singulariter fiant et eis et cuilibet eorum solvatur per texaurarios civitatum per quos seu quem fieri contingent solutiones potestatum. Et de predictis omnibus volumus quod ipsi potestates et baroarij temporibus debitibus legittime sindicentur, In quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari nostrique sigilli munimine roborari, datum mediolani die tercio maji m.ccc.lxxxviii.

Quod nullus de cognomine ex magistris intratarum vel ex reffendarij camere domini possit exercere aliquam texaurariam nec datia aliqua incantare in ea terra in qua fuerit reffendarius aliquis de cognomine suo.

xxxx

Dom. mediolani et cet. comes || Egregio militi dom. capitaneo
Virtutum Imper. Vicarius gener. || nostro riperie lacus garde

Volumus et tenore presentium decernimus et mandamus quod aliqui de domo vel cognomine alicuius ex magistris intratarum et reffendarij camere nostre seu aliqui ex eis, vel alicui ipsorum affinitate coniuncti in gradibus qui in matrimonij prohibiti sunt non possint decetero per se vel per interpositam personam incantare vel exercere aliquam texaurariam seu aliqua datia vel gabellas civitatum et terrarum nostrarum nec de ipsis se intromittere ullo modo sub pena nostro auferenda arbitrio inspecta qualitate facti et condicione personarum que nostre camere applicetur. Item quod nullus de cognomine aliorum reffendariorum civitatum nostrarum seu coniun-

ctus affinitate ipsis nostris referendarijs in gradibus prohibitis in matrimonij ut supra possit decetere incantare vel exercere aliquam texauriam seu aliqua datia in illa civitate vel districtu, in qua Referendarius fuerit aliquis de cognomine suo vel sibi coniunctus, in gradibus prohibitis ut supra vel se de predictis texaurarijs datijs et gabellis aliqualiter intromittere durante tempore quo ubi fuerit referendarius de cognomine suo vel affinitate ut supra sibi coniunctus sub pena suprascripta. hoc tamen declarato quod in illis locum non habeat qui jam ad incantum haberent aliquam texauriam seu aliquod datum. Sed solo modo pro venturo tempore quo ad novos fiendos incantus vendicet sibi locum. mandantes vobis quatenus hanc nostram intentionem observando et observari inviolabiliter faciendo faciatis illam in locis consuetis jurisdictionis vestre pubblice divulgari et in volumine statutorum et decretorum comunitatis nostre riperie lacus garde ad perpetuam rei memoria inferi et describi, datum mediolani xvij maij m.ccclxxxviiiij.

Francistholus.

De ordine servando per illos et contra illos qui pretendunt jus habere in seu supra aliquibus inviolabiliter bonis que tenentur per camera domini.

xxxvi

Dom. mediolani et cet. comes | Egregio militi dom. capitaneo
Virtutum Imper. Vicarius gener. | nostro riperie lacus garde.

Decretum quoddam per nos editum disponens de termino statuto pretendentibus jus habere in et super bonis immobilibus que tenentur per cameram nostram seu nomine nostro in vel per habentes causam a nobis etc. etc. vobis mittimus introclusum volentes et mandantes vobis quatenus ipsum nostrum decretum observando faciatis illud in locis consuetis jurisdictionis vestre statum pubblice divulgari nec non in volumine statutorum comunitatis nostre riperie lacus garde et aliorum decretorum nostrorum inferi et describi. datum mediolani die viii. Julij m.ccc.lxxxviiiij.

Francistholus.

Nos dominus mediolani et cet. Comes virtutum Imperialis Vicarius generalis Cordi nobis semper fuit et est ut etiam in causis litibus questionibus et controversijs nobis et camere nostre quolibet pertinentibus tam contra nos et eandem cameram nostram quam etiam pro nobis justicia ministretur que jus suum unicuique tribuit. Et ut nostre et clare memorie predecessorum nostrorum animarum soluti salubrius provideatur. Et propter recolentes nos nostrum condidisse decretum Anno domini m.ccc.lxxxvj. die tercio septembbris Infrascripti tenoris, nos dominus mediolani et cet. comes Virtutum Imperialis vicarius generalis. Tenore presentium ex certa scientia et de nostre plenitudine potestatis volumus edicimus et mandamus ac decernimus quod si est aliqua persona comune collegium vel universitas cuius vis status conditionis vel preheminentie existat volens dicere se habere aut habens vel habere pretendens aliquod jus dominij vel quasi sive jus ypothece vel alius jus quocumque nomine censeatur in aut super aliquibus bonis vel rebus inviolabiliter que teneantur seu tenta sint per cameram nostram seu nomine nostro seu per aliquam aliam personam habentem datum vel causam a nobis vel camera nostra teneatur et debeat comparire ac compareat infra tres menses continuos proxime futuros a die publicationis presenti decreti in antea computandos si presens fuerit, videlicet in territorio nostre dominationi supposito. Si vero absens fuerit extra territorium nostrum, Aut mulier vidua pupillus minorum viginti annis vel alia persona sub alterius existens vel indigens curatore tunc teneatur et debeat comparire et compereat infra sex menses continuos a die presentis decreti in antea computandos coram commissariis nostris super restitutionibus deputatis seu deputandis, Et ibidem coram eis teneatur et debeat dare inscriptis jus quod habet vel habere pretendit in aut super ipsis bonis vel rebus notum cuilibet facientes quod si infra terminos predictos presentibus vel absentibus et alijs, ut premittitur prefixos singulas singulis congrue reffendo non comparverint et in scriptis non dederint ipsi tali non comparenti et in scriptis non danti ut prefertur nulla deinceps audientia prehebitur. Et eidem perpetuum silentium

imponetur decernentes et nunc prout ex tunc ex certa scientia et de nostre plenitudine potestati etiam absolute ipsos non comparentes et in scriptis non dantes, ut supra, nullum jus habere nec pretendere posse in et super bonis et rebus predictis. Si vero aliqua persona comune collegium vel universitas infra dictos terminos singula singulis congrue reffерendo comparverit et in scriptis dans ut supra ostendisse probasse et docuisse per omne genus probationum de omni suo jura coram dictis commissarijs infra duos menses post dictos primos immediate sequentes et continuos, quo termino elapso aliisque probationes qualesvis fuerint nullatenus admittantur, nec admitti possint quovismodo ad ipsas tamen probationes audiendas nec non ad totum processum proinde fiendum citari volumus et requiri qui jura nostra et camere nostre legittime defendant, et alegent et alegari faciant prout fuerit opportunum, hoc enim decernimus et pro lege ac decreto nostro intendimus inviolabiliter observari, ne huiusmodi cause restitutionem in infinitum extendantur. Et ut jus suum unicuique tribuatur. in quorum testimonium et cet Attendentesque quam plurimas personas intra ipsos terminos, ex forma dicti decreti nostri, ad comparendum et sua jura in scriptis dandum prefixos, ut preferatur siva jura produxisse et in scriptis dedisse, sed infra dictum terminum duorum mensium ad ostendendum probandum et docendum, de omni suo jure virtute dicti nostri decreti, statutum minime ostendere probare et docere de jure suo potuisse. Cum ad eas ostentiones probationes et documenta recipienda nullum habuerint auditioне. Et si eis seu alicui ipsorum non potest, de lapsu huiusmodi secundi termini aliquid imputari que per eos non stetit. Et volentes ipsas restitutio-
num causas, mediante justitia ut promissum est, cum omni debita celeritate sopiri debere omni auctoritate Baylia et potestate, quibus melius possumus et debemus edicimus decernimus et mandamus, quanto quecumque collegia universitates seu singulares persone que secundum formam dicti nostri decreti comparverunt seu comparuit infra ipsos terminos coram commissarijs nostris, tunc ad ea deputatis ad dan-

dum in scriptis de juribus suis. Et qui non potuerunt infra duos menses statutos pro secundo termino in primo nostro decreto predicto ostendisse probasse et docuisse de juribus suis propter defectum auditorum vel auditoris non deputati ad illud, ut premititur debeant ostendisse et probasse ac produxisse et docuisse et probatum ostensum et doctum ac probatum habuisse, etiam per omne genus probationum. Et pro ultimo et peremptorio termino, Coram venerabilibus, et sapientibus viris dominis Vicario reverendi patris domini episcopi mediolaneusis, fratre Johanne de petrasancta ordinis predicatorum sacre pagine professore, piosello de seratico vicario nostro generali. Adoardo de curadis legum doctore commissarijs nostris, super restitutionibus deputatis, in civitate nostra mediolani comorantibus de omnibus suis juribus que volunt dicere aut habent vel pretendunt se habere in vel super aliquibus bonis de quibus in dicto decreto fit mentio infra duos menses continuos a die publicationis huius nostri decreti immediate futuros. Quem terminum eisdem etiam tenore presentium peremptori statuimus. Volentes quod predicti nostri commissarij, ipsas omnes productiones et jurium ostensiones ac probationes recipient et eis receptis tam de juribus nostris et camere nostre, quam etiam ipsorum comparentium, bene et diligenter cognoscant et audiant, et causas lites, questiones et controversias ipsas, cum omnibus incidentibus dependentibus, emergentibus ac connexis decident faciendo unicuique justicie complimentum, civitatis, et vocatis advocatis et procuratoribus ac negotiorum gestoribus nostris, qui jura nostra et camere nostre legitimate teneantur et alegent et alegari faciant prout fuerit opportunum. Volumus tamen quod nulla bona ex predictis, que subiacere restitutiōnē reperientur, relaxentur, sine nostri speciali licencia, decernentes ex nunc etiam de nostre absoluta plenitudine potestatis quod elapsō termino suprascripto duorum mensium continuorum Ex forma huius nostri decreti statuto ut supra. Alique probationes qualesvis fuerint nullatenus admittantur, nec admitti possint quovismodo ymo eis, et eorum quilibet dicto termino duorum mensium continuorum elapsō nulla eis seu eorum alicui audientia prebeatur, et eis, et eorum cui-

libet perpetuum scilientium imponatur. Salvus tamen manentibus omnibus alijs in dicto nostro decreto contentis singula singulis congrue reffерendo. Et ut nullus valeat ignorantiam pretendere vel alegare volumus quod presens nostrum decretum ponatur et assignatur in valvis palatij cuiuslibet civitatis terre castri, seu ville nostro subiecte dominio, in quibus potestas capitaneus vicarius rector, seu officialis existant seu existat. Et teneantur eorum quilibet per singulas terras et loca sue jurisdictioni supposita, presens nostrum decretum facere publice divulgari. Volumus etiam terminum dictorum duorum mensium continuare et inchoari, a die publicationis facte in qualibet civitate terra castro vel villa, in quibus potestas capitaneus Vicarius rector seu officialis existat. Et ut de ipsa die publicationis constare liquide possit. Volumus quod quilibet potestas capitaneus vicarius rector seu officialis faciat de publicatione facere fieri duo publica instrumenta, quorum unum penes se remaneat et aliud infra dies quindecim a die publicationis numerandos faciat, sub pena nostro arbitrio inflingenda, coram dictis nostris negotiorum gestoribus in mediolano, ut in camera nostra consuetur facere presentari. Et ita ut clare stare possit de lapsu termini duorum mensium predictorum. hoc autem nostrum decretum ad civitates nostras verone vincencie et padue eorumque territoria et districtus per nos noviter acquisitas et acquisita nolumus destinare, qua in illis non vendicat sibi locum mandantes quoque universis et singulis potestatibus capitaneis vicariis rectoribus et officiis nostris presentibus et futuris quatenus huiusmodi decretum nostrum obser- venter et faciant inviolabiliter observari pro lege perpetua etiam non obstantibus aliquibus legibus statutis aut juribus in contrarium editis quibus in quantum presentibus aliquid obviarent, ex certa scientia et de nostre plenitudine potestatis. Tenore presentum derogamus, in quorum certitudinem nostras litteras presentes fieri jussimus et registrari et in voluminibus statutorum quarumlibet civitatum terrarum nostro dominio suppositorum inferi nostrique sigilli munimine robo- rari, datum mediolani die secondo julij mccc.lxxxviiiij.

Die quintodecimo dicti mensis presentatum fuerit super registratum decretum cum litteris suprascriptis memorato domino capitaneo riperie scilicet domino Tadeo de pepulis.

Die dicti mensis publice divulgatum et cridatum fuit prefatum decretum, per Sabadinum de pergamino ministralem riperie super mercato salodi, in locis publicis et consuetis dicti mercati et copia ipsius posita fixa et admissa fuit per eum ad valvas seu ad pilastrum hostij domus, in qua jura redduntur in salodo et cet.

De pena imposita uotarijs facientibus cartam vel scripturas falsam et similiter testibus dicentibus falsum testimonium. xxxvii

Dom. mediolani et cet. Comes | Egregio militi dom. capitaneo
Virtutum Iniper. Vicarius gener. | nostro riperie lacus garde.

Quemadmodum ab experientia rerum omnium magistra dedicimus delicta queque mortalium et peccata nisi exordio debita punitione plectantur dictum virium plus acquirunt que ubi coaluerint et radices suas alcuis figerint, uec dubium difficulcius obolentur nos itaque auditio quod equo animo tollerare non possumus qualiter sub nostri dominij potestatu multi subdeyunt sane toto orbe pelendi quorum aliqui instrumenta falsa conficiunt aliqui testimonia falsa deponunt deliberavinus antequam contagio ista transeat ad plures super hoc de opportuno et salubri remedio providere, mandantes ideo vobis quantum certa capitula que predictorum occaxione cum bona et matura deliberatione fecimus compillari hijs inserti tenoris pro decreto et municipali lege observeatis et faciatis inviolabiliter observari et in quibuscumque locis consuetis vestre jurisdictionis publice divulgari. Et ad perpetuam rei memoriam in volumine statutorum comunitatis riperie nostre lacus garde et decretorum nostrorum inseri pariter et describi, datum mediolani die x. februarij m.ccc.lxxxix.

Primo quod si quis fecerit vel fieri fecerit cartam falsam vel acta publica falsa vel falsificaverit vel falsificari fecerit scienter aliquam

cartam vel condennationem vel attestaciones vel dicta testium vel confessionem vel testamentum vel acta publica scripta vel scriptos vel alias scripturas in toto vel pro parte aliqua de vel super quantitate re vel jure non excedente quantitatem florenorum quinquaginta auri condennetur pro prima vice in quadruplum et ulterius quod mitrietur et diebus tribus continuis sic mitriatus producatur in publico, pro secunda vice et in ammissione manus, in qua sit magis potens pro tercia vero vice pena ignis apponatur. Et si de vel super quantitate re vel jure excedente summam florenorum quinquaginta usque ad florenorum quingentos auri pro prima vice condennetur in ammissione manus, in qua sit magis potens, pro secunda vero vice apponatur pena ignis. Et si de re vel super quantitate vel jure excedente summam florenorum quingentorum pro prima vice arbitrio potestatis in ammissione manus vel pena ignis. Inspecta qualitate facti et persone, pro secunda vero vice apponatur pena ignis.

Si quis falsum testimonium dixerit, ut aliquis condennetur in causa criminali puniatur ei pena qua puniendus esset ille contra quem falsum testimonium dixerit si corporaliter veniret condenandus. Et hoc ubi pena corporalis non sit minor quam incisio lingue quo casu incidatur lingua eidem. Si vero pecunialiter tunc amputetur ei lingua et mitrietur. Si vero testimonium falsum dixerit ut aliquis in criminali causa absolvatur similiter puniatur ea pena qua puniendus esset ille in cuius favorem dixerit testimonium. Si corporaliter veniret condenandus. Si vero pecunialiter, tunc amputetur ei lingua. Et eadem pena puniatur ille qui scienter et dolose produxerit in causa criminali falsos testes vel falsum testem vel eis seu eo scienter et dolose usus fuerit, et ubi aliter non appareat seu constet aliquem scienter et dolose produxisse falsos testes vel usum fuisse intelligatur scienter et dolose produxisse falsos testes vel falsum testem vel scienter et dolose usum fuisse qui post publicationem testium interrogatus auctoritate dictis testium vel testis responderit se velle auctoritate. Et quilibet interrogatus teneatur respondere ad terminum per judicem statuen-

dum. Et si ad ipsum terminum non responderit intelligatur non velle uti, Et ultra ille qui falsum testimonium dixerit ut supra. Et ille qui produxerit vel usus fuerit ut supra et quilibet eorum in solidum ita tamen quod unica sufficiat solutio compellatur realiter et personaliter ad emendationem faciendam cuiuslibet damni dispendij et interesse illi qui damnum dispendium seu interesse sustinuissest seu supportasset occaxione dicti falsi testimonij.

Quicumque falsum testimonium dixerit ut aliquis condennetur in civilli causa amputetur ei lingua. Si vero falsum testimonium dixerit ut aliquis solvatur in causa civilli similiter amputetur ei lingua, et eadem pena puniatur ille qui scienter et dolose produxerit falsos testes seu falsum testem in causa civili vel eis seu ei scienter et dolose usus fuerit. Et intelligatur scienter et dolose produxisse falsos testes vel falsum testem vel scienter et dolose usum fuisse qui post publicationem testium interrogatur an velit uti dictis testium vel testis responderit se velle uti, Et quilibet interrogatus teneant respondere ad terminum per judicem statuendum, Et si ad ipsum terminum non responderit intelligatur non velle uti, Et ultra ille qui falsum testimonium dixerit ut supra et ille qui produxerit vel usus fuerit ut supra et quilibet eorum in solidum. Ita tamen quod unica solutio sufficiat teneatur ad emendationem cuiuslibet damni dispendij et interesse illi qui damnum dispendium seu interesse sustinuissest seu supportasset occaxione falsi testimonij.

Et eadem pena puniatur quilibet qui solicitaverit aut propterea dederit aut consilium quod aliquis dicat falsum testimonium.

Die xxii februarij hora vigesima prima millesimo suprascripto presentate fuerunt littere suprascripte domino capitaneo dicte riperie, cum capitulis suprascriptis in ipsis litteris insertis de quibus incontinenti facta fuit publica proclamatio eodem die feriato merchati salodi in tribus locis consuetis terre salodi, per Bernardum de placentia servitore dicte riperie.

Quod licet aliquis bannitus extimatur et canzelatur de banno non tamen per hoc intelligatur restitutus ad bona sua camere nostri domini debite confiscata.

xxxviii

Dom. mediolani et cet. comes | Egregio militi dom. capitaneo
Virtutum Imper. Vicarius gener. | nostro riperie lacus garde.

Mature componi et deliberate notari fecimus decretum hijs inser-
tis tenoris, super facto bonorum illorum qui per nos exhibuntur ab
eorum bannis, quorum bonorum occaxione debite confiscata sunt
eorum bona camere nostre non restituendorum et cet. Ea propter vo-
lumus, et vobis expresse mandamus quatenus de huiusmodi nostri
decreti serie proclamationes opportunas, in quibuslibet partibus con-
suetis vestre jurisdictionis fieri faciat nec non ipsum in volumine
statutum et decretorum nostrorum ac comunitatis nostre riperie la-
cus garde, ad perpetuam rei memoriam inseri et describi, datum me-
diolani die primo marci m.ccc.iiii.

Francistholus.

Nos dominus mediolani et cet. Comes Virtutum Imperialis Vica-
rius generalis, Quoniam propter aliqua occurrentia quandoque contin-
git aliquem bannitum seu bannitos quorum bona debite propter ip-
sorum demerita sunt camere nostre applicata seu confischata de eo-
rum bannis exhibiti seu canzelari. Et dubitet utrum canzelatio seu
exemptio talium bonorum bannitorum se extendat ad suprascripta bona
confischata vel ne harum tenore, ad tollendam dictam dubitationem hoc
nostro presenti decreto Edicimus decernimus declaramus et mandamus.
Quod si decreto contingat aliquem bannitum seu bannitos aliquos, de
eorum bannis exhibiti seu canzelari quod dicta exemptione seu canze-
latio nullo modo ad bona debite confiscata dicte nostre camere eis
restituenda extendatur. Sed ea volumus inviolabiliter penes cameram
nostram seu habentes causam a nobis remanere debere, in quorum
testimonium presentes fieri jussimus et registrari, nostrique sigilli mu-

nimine roborari, datum mediolani primo marci m.ccc.lxxxx. Indictione xiii.

Millesimo suprascripto die xxvii marci hora decimanona presentate fuerunt suprascripte littere domino Vicario domini capitanei cum ordine suprascripto in dictis litteris inserto. Et immediate de eis facta fuit publica proclamation, in duobus locis consuetis terre salodi, per Sabadinum de pergamо publicum ministralem dicte riperie etc. etc.

Quod cuicumque liceat omnes cives Veronenses qui erant in civitate Verone tempore eorum proditorie rebellionis in havere et personis impune offendere.

xxxviii

Dom. mediolani et cet. comes Virtutum Imperialis Vicarius gener.

Nobili viro capitaneo nostro lacus garde nec non
Reffерendario dicte nostre comunitatis.

Volumus quod per illam comunitatem nostram riperie lacus garde, et in locis consuetis publice proclamari faciat. quod nullus civis Veronensis ex illis qui erant in civitate nostra Verone, tempore eorum proditorie rebellionis, contra nos audeat vel presumat stare transire vel morari per territoria nostra sub pena haveris et persone. Et quod omnibus liceat dictos tales cives Veronenses qui erant in civitate nostra predicta, tempore dicte rebellionis impune offendere, in havere et personis ubicumque reperiantur in territorijs nostris mandantes hoc nostrum decretum describi et poni debere in volumine statutorum et ordinamentorum dicte nostre comunitatis lacus garde. Et perpetuo inviolabiliter observari, datum papie die xxviii. Junij millesimo trecentesimo nonagesimo.

Die penultimo Junij m.ccc.lxxxx. suprascripte littere presentate fuerunt domino Uberteto de Vicecomitibus capitaneo dicte comunitatis riperie lacus garde, et in continentи in duobus locis terre salodi, facta fuit publica proclamatione, per cristofarum dictum lotam de mediolano publicum ministralem dicte comunitatis et cet.

De solutionib. non imponendis per officiales civitat. etc. xl

Dom. mediolani et cet. Comes Nobili viro capit. nostro riperie Virtutum Imper. Vicarius gener. lacus garde presentibus et futuris.

Fide digna percipimus relatione quod per judices colaterales et alios officiales potestatum civitatum et terrarum nostrarum qui per districtus ipsarum civitatum et terrarum pro aliquibus executionibus fiendis et officijs exercendis destinantur solutiones et singularibus personis eciam communibus collegijs et universitatibus indebite recipiuntur. Quare volentes huiusmodi illicitis obviare Volumus et tibi mandamus quod ordines et cum effectu facias quod judicibus collateralibus et alijs officialibus tuis decetero fiant solutiones pro executionibus per eos fiendis in comunitate nostra riperie lacus garde secundum quod dictant statuta et ordinamenta dicte nostre comunitatis, vel secundum longevam consuetudinem eiusdem hanc nostram intentiōnem publicari et proclaimari faciendo in locis publicis et consuetis jurisdictionis per nos tibi comisse. Sic quod ad uniusquisque noticiam valeat pervenire presentesque litteras nostras in volumine statutorum et decretorum nostrorum, ac comunitatis nostre prediche inseri pariter et describi, datum mediolani quarto Januarij m.ccc.lxxxxii.

(Segue una scrittura di carattere più sottile ma della stessa forma ch' io suppongo però di altra mano, la quale contiene alcune risposte del duca di Milano, Filippo Maria, ad istanze della comunità della Riviera benacense spettanti ad alcuni capitoli, cioè la seguente):

Filipus maria Anglus dux Mediolani et cet. Papie Anglerieque Comes ac Janue dominus. Porrecta fuerunt nobis nonnulla Capitula parte Comunitatis nostre riperie lacus garde. Ad que nostras fieri fecimus responsiones prout ad unumquodque ipsorum est infra seriosius annotatum. Mandantes universis et singulis officialibus presentibus et futuris ceterisque ad quos spectat aut spectare potest quomodolibet in futurum. Quatenus has nostras responsiones formaliter

prout jacent ad litteram observent et faciant inviolabiliter observari. Tenor vero Capitulorum et responsionum ad ea factarum sequitur hoc modo, videlicet. Illustrissime dominationi vestre ducali supplicant cum reverentia pro parte vestre Comunitatis Riperie lacus gardetur supra infrascriptis suis requisitionibus dignetur eadem dominatio suum prebere benignum assensum. — Primo exponitur quod tempore bone memorie Illustrissimi qd.m domini Genitoris vestri predicta Comunitas dabat tunc. Texaurario dicte Riperie libras decem planetor. in mense pro sua mercede portandi Mediolanum ad canieram ducalem denarios intratarum predice Riperie, qui tunc dictus Texaurarius portabat etiam Mediolanum denarios salis levati et ultra dictas libras decem in mense non requirebat nec habebat aliam solutionem. Et nunc presens texaurarius dicte Riperie qui etiam habet dictas libras decem planetor. in mense requirit si portare debet Mediolanum denarios dicti salis levati aliam solutionem ultra dictas libras decem planetor. in mense. Quare dignetur prefata dominatio edicere et mandare quod predictus Texaurarius qui nunc est et per tempora erit teneatur et debeat portare Mediolanum denarios dicti salis levati et levandi per impostam sine requirendo et sine habendo aliam solutionem nisi predictas libras decem planetor. in mense. Responsio Illustrissimi domini ducis ad istud primum capitulum servetur solutum factum tempore bone memorie Illustrissimi domini Genitoris nostri prelibati: Et per predecessores hujus presentis Texaurarii. — Secundo requiritur quod dominatio vestra concedere et mandare dignetur quod mercatores et omnes persone conducere volentes et conducentes bladum de aliquo territorio non supposito dominationi vestre ad aliquas terras suppositas jurisdictioni vestre Comunitatis Riperie possint ipsum bladum libere et impune et sine aliqua molestia conducere ad ipsas terras etiam absque aliqua licentia et buleta officialium vestrorum seu alicujus eorum: Attento etiam quod hoc servabatur dicto tempore bone memorie. Responsio prelibati domini ducis ad infrascriptum secundum capitulum fiat prout petitur — Tertio concedere et mandare dignetur quod licitum sit cuilibet persone de dicta Riperia

posse conducere de terra Salodi ad domum jurisdictionis sue, et etiam de qualibet alia terra ipsius Riperie eundo per viam rectam tam per terram quam acquam quamlibet bladi et leguminum quantitatem sibi necessariam pro usu familie sue absque alia buleta et licentia capitanei vestre dicte Riperie, quod etiam servabatur dicto tempore bone memorie. Responsio prelibati domini ducis ad predictum tertium capitulum fiat cum licentia Capitanei vestri dicte Riperie, qui tam pro hujusmodi concessione licentie nichil accipere teneatur. — Quarto concedere et mandare dignemini quod licitum sit cuilibet persone terrarum dicte Communitatis Riperie posse conducere de qualibet terra ipsius Riperie ad terram Salodii et alias quascumque terras dicte Riperie quamlibet bladi et leguminum quantitatem pro vendendo eundo per rectam viam absque aliqua buleta et licentia ut supra: Et sic etiam servabatur dicto tempore bone memorie. Responsio prefati domini ducis ad predictum quartum capitulum liceat conduci de blado vendendo per viam rectam et usitatam ad terram Salodii dumtaxat de quacumque parte dicte Riperie absque licentia. Ad alias vero partes dicte Riperie cum licentia Capitanei qui tamen nichil accipere teneatur pro hujusmodi concessione licentia. Ita tamen quod quilibet conducens reportare teneatur controbuletam de consignatione hujusmodi bladi Capitaneo predicto, qui Capitaneus moneat facientes predictam controbuletam ne solutionem ullam aliqualiter accipient pro hujusmodo fienda controbuleta.

In quorum testimonium presentes fieri jussimus et registrari nostrique sigilli impressione muniri.

Datum Mediolani die non Jullii mcccc vigesimotertio prima Indictione.

INDICE.

CXV	1351	Parte di Statuti della Riviera di Salò confermati dall'Arcivescovo Gio. Visconti	pag. 7
CXVI	135.	Statuti Civili della Riviera di Salò Statuti Criminali della Riviera di Salò Decreti	» 15 » 121 » 226